24	VIII			24	IX		
25	VII			25	VIII		
26	VI			26	VII		
27	V			27	VI		
28	IIII			28	V		
29	III			29	IIII		
30	Prid.			30	III		
				31	Prid.		

¶ Licet nonnulla horum nummorum, ponderum, & mensurarum nomina, fusiùs locis suis explicantur, ea tamen cum aliis omnibus (quæ nobis retulerit antiquitas) brevibus hisce complexi sumus tabellis, ne veteribus perlegendis ullâ difficultate quispiam torqueatur, quin primo intuitu (quanti apud antiquos *fuerunt*) *dignoscere.*

Inter Hebræos considerantur Nummi vel Argentei, hi sunt

- 1 Shekel שקל sive siclus, estq; vel — Sanctuarii, qui unâ facie vasculum ostendit quo Manna servabatur in Sanctuario, cum hac perigraphe Shekel Israëlis: altera virgam *Aaronis* efflorescentẽ cum inscriptione Jerusalem sancta, hic sicut & Argenteus, sive ἀργύριον Judaicum כסף Kesèph & Silgha, valent de nostro — 2 s. 6 d.
- 2 Regius מחצית השקל sive dimidius sicli, valet nostri — 1 s. 3 d.
- 3 Triens sicli, שלישית השקל Nehem. 10. 32. — 10 d.
- 4 Quadrans sicli, רבע השקל 1 Sam. 9. 8. drachmæ Atticæ, denarióque Rom. par. — 7 d. ob.
- 5 גרה Gherah. אגורה Agorah, קשישה Ceshitah, nummus agni imagine signatus, & megha. — 1 d. ob.

Aurei sunt quatuor.

- 1 זהב Zahab. 2 Ciclus aureus, qui valent de nostro — 15 s.
- 3 אדרכון Adarkon. 4 דרקמון drakmon, qui nummi sunt externi, & ut videntur Persici: tantundem valent se. — 15 s.

Num-

Nummorum summæ
- 1 מנה μνᾶ græ. mina lat. estque vel
  - Aurea valet 75 lib.
  - Argentea val. 7 lib. 10 ſ.
- 2 Talentum ככר quod continet pondere 3000 ſiclos, hocque
  - Aureum val. 4500 lib.
  - Argentum val. 357 lib.

Apud Græcos in uſu fuerunt

Nummi ſcil.

Argentei, & hi ſunt

Drachma, Δραχμὴ, & ἀργυρεῖς, eſtque vel
- Attica, nummus Athenienſis ſignatus imagine lucernæ inextinctæ, val. 7 d. ob.
- Ægínea, quæ valet. 1 ſ. ob.

Stater, στατὴρ, & τετραδραχμον, eſtque vel
- Atticus, qui una facie Minervæ caput, in altera Noctuam oſtendebat. 2 ſ. 6 d.
- Corinthius, qui val. 1 ſ. 8 d. ob. qa
- Macedonius. 2 ſ. 9 d. qa. & $\frac{2}{3}$ q

Didrachmum, Βῆς & δίδραχμον, bos Athenienſibus nuncupatus, quòd bovis imaginem habuit impreſſam. val. 1 ſ. 3 d
Tridrachmum, τριδραχμον, val. 1 ſ. 10 d. ob

Obolus, ὀβολὸς, quæ vel
- Atticus, qui ὀβελὸς, i. veru, quod oblongus in mucronem definebat, vel quod obeliſci imaginem præ ſe ferebat. 1 d. qa.
- Æginæus, qui valet 2 d. c & $\frac{1}{3}$

Semiobolus, ἡμιωβόλιον, noſtri valuit ob. q
Diobolus, διωβόλιον, qui una parte Jovis faciem, altera noctuam habuit; 2 d. ob.

Triobolus, τριώβολον, qui
- Atticus, & valuit 3 d. ob. qa
- Æginæus, hic 6 d. qa.

Tetrobolus, τετρώβολον, qui una parte Jovis faciem, altera duas noctuas oſtendebat. 5 d.
Siglus, σίγλον & σίγλος, nummus Sardianus & Perſicus, val. 10 d.
Ciſtophorus, κιστοφόρος, ſic dict. ob imaginem gerentis ciſtam quam oſtendebat; valuit de noſtro 4 d. ob. c.
Danaces, δάνακη, δάνικη, δαγάη, Charontis portorium, ſc. pro trajectu ad inferos, quem nummum Barbari ea cauſa in ora mortuorum imponebant. ob. qa. & $\frac{2}{3}$ q

Ærei, qui
- Aſſarius, ἀσσάριον, qui valuit qa q.
- Quadrans, τετράντης, ſi
  - quarta pars oboii ut nonnulli, qa. c
  - aſſis, ut plurimi exiſtimant, valet q. c.
- Æreolum, q. c. & $\frac{1}{3}$
- Minutum, λεπτὸν de noſtro valet c. $\frac{1}{2}$

Stater Atticus, χρυσῆς, & στατὴρ, duas continet drachmas: hîc proportione Græca ſcilicet decupla valuit tantum 12 ſ. 6 d. tamen pro noſtra quæ eſt duodecupla valet 15 ſ.

Semi-

- Aurei, qui sunt
  - Semistater, ἡμιστατῆρον, nostri valet 7 s. 6 d.
  - Tetrastaterium, τετραστατῆρον, quod ponderale non monetale est : valet 3 lib.
  - Stater Macedonicus, pendet drachmas Atticas 2. obolos 2. siliquas 2. illorum proportione 15 s. 5 d. nostrâ. 18 s. 4 d.
  - Stater Daricus, aureus Persicus, imaginem sagittarii impressam habuit: unde Agesilaus facetè dicebat 1000 o sagittariis se pulsum Asia, ob corruptos Persicis nummis Græcos, qui persuaserant ut revocaretur: æqualis est stateri Attico : proinde valet 15 s.
  - Semidaricus, ἡμιδαρικὸν, valuit 7 s. 6 d.
  - Stater Cizycenus, ex Cizyco græca civitate, valuit pro sua proportione 17 s. 6 d pro nostrâ 1. lib. 1 s.
- Nummorum summæ
  - Mina Attica, μνᾶ, 100 drachmas Atticas continet, nostri valet 3 lib. 2 s. 6 d.
  - Talenta quæ vel
    - Atticum quod vel
      - Minus } valet 187 li. 10 s.
      - Majus } valet 250 lib.
    - Majora quæ
      - Ægyptiacum tantundem valet 250 lib.
      - Sytium, 46 lib. 17 s. 6 d.
      - Euboicum, 125 lib.
      - Rhodium, 140 l. 12 s. 6 d.
      - Babylonicum, 218 lib. 15 s.
      - Æginum, 312 lib. 10 s.
      - Alexandrinum, 375 lib.
    - Minora (exorbitante nominis notione) sic appellata.
      - Siculum vetus, Neapolitanum tantundem 3 s. 9 d.
      - Siculū novum. 1 s. 10 d. ob.
      - Rheginum, 3 d. ob. qa
- Ærei, qui
  - As & asse minores
    - As, quasi æs dr. decimam partem denarii valuit, de nostro ob. q
    - Semissis, qu. semi æs. qa. q
    - Triens, qa.
    - Quadrans. q. c.
    - Sextans, q.
    - Uncia, decima pars assis. c.
    - Semuncia. $\frac{1}{2}$ c.
    - Sextula, sexta pars unciæ, $\frac{1}{6}$ c.
  - Asse Majores.
    - Decussis, qu. decem asses, denarium valuit, de nostro 7 d. ob.
    - Vicessis, denar. 2. 1 s. 3 d.
    - Tricessis, quasi 3. denar. de nostro 1 s. 10 d. ob.
    - Ascendebant usq; ad Centussim, quo majus non fuit 6 s. 3 d.
  - Denarius, qui vel
    - Vetus, qui valuit nostri 8 d. ob. c. cum $\frac{1}{7}$
    - Novus, respectu cujus omnes nostræ computationes factæ sunt: valet 7 d. ob.

Ante translatio.

- Inter Romanos in usu fuerunt
  - Nummi eique vel
    - nem Iuperii Byzantium fiere vel
      - Argentei qui
        - Victoriatus, qui & quinarius dictus, imagine m sedentis victoriæ ostendebat. 3 d. ob. qa.
        - Sestertius, dict. qu. sesquitertius, quia continet asses duos cum semisse 1 d. ob. qa. q.
        - Obolus valuit 1 d. qa.
        - Libella, ob. qa.
        - Sembella, qu. Semilibella q². q
        - Teruntius, quadragesima pars denarii q. c s.
      - Aurei qui
        - Aureus priscus, seu consularis, qui pendebat duas drachmas cum $\frac{2}{7}$ val. 17 s. 1 d. ob. qa.
        - Aureus recentior, seu imperatorius, qui didrachmus fuit, valuit 15 s.
        - Semissis aurei 7 s. 6 d.
        - Tremissis. 5 s.
    - Post translationem Imperii
      - Æneus,
        - Follis, φολλὶς, φολὰ, φολὶς, φολὶς, sic dictus quod folii instar in tenuem bracteolam percussus esset, duodecima pars siliquæ fuit, val proinde qa. q. & $\frac{1}{3}$
      - Argentei vel
        - Miliarisium, μιλιαρήσιον, μιλιαρέσιον, partem octavam aurei solidi valebat, ideo cum 2. drachmas pendebat aureus, valuit 1 s. 3 d.
        - Siliqua, vel Ceratium, κεράτιον, estque vel
          - Magnum } val { 7 d. ob.
          - Simplex } val { 5 d.
      - Aurei eiq; vel
        - Constantini, qui Græcis νόμισμα, Rom. solidus dictus: valuit nostri 8 s. 6 d. ob. qa. & $\frac{5}{7}$ q.
        - Valentiniani, qui Græcis ἑξάγιον, aliis sextula dictus: val. 10 s.
        - Semissis hujus aurei val. 5 s.
        - Tremissis seu triens. 3 s. 4 d.
        - Scrupulum 2 s. 6 d.
  - Nummorũ summæ
    - Sestertium genere neutro, quod 1000 sestertios continet, valuit de nostro 7 lib. 16 s. 3 d.
    - Libra, seu pondo 3 lib.
    - Talentum, quod 24 sestertia continet 187 lib. 10 s.
    - Sportula, quæ sestertios 10 continebat, proinde val. 1 s. 6 d. ob. qa.

Notæ figurales quibus præcipui indicabantur nummi.
- Assis. L. quoniam ab initio libralis fuit
- Sestertii, L. L S, vel H. S, quòd duas libras æris continebat & semiss.
- Quinarii, seu victoriati, V.
- Denarii, X. vel *.

Ars Romana numerandi per sestertios, hisce tribus regulis continetur.

1ª Si nomen numerale convenit casu, genere, & numero cum sestertio tot præcise indicat quot efferuntur.

2ª Si nomen numerale alterius casus jungatur cum genitivo plurali nominis sestertius, ut decem sestertiũm, tot millia indicantur, sc. decem millia sestertiũm.

3ª Si adverbium numerale sine aliquo adjecto ponatur, ut decies, vigesies, vel cum sestertiis jungatur, ut decies sestertiũm, designant totidem centena millia sestertiũm, ut decies sestertiũm valet decies centena millia sestertiũm.

¶ Tabul.

Tabula de Ponderibus ostendens proportionem duodecuplam auri ad argentum.

Libra, λίτρα	Argenti, Auri, Obrizi,	valet	3 lib. 36 lib. 37 lib. 10 ſ.	Continet libra 12. uncias, ponderat grana 6912.
Uncia, οὐγία	Argenti, Auri,	valet	5 ſ. 3 lib.	Continet uncia 8. drachmas, ponderat grana 576.
Drachma, δραχμὴ	Argenti, Auri,	valet	7 d. ob. 7 ſ. 6 d.	Continet drachma 3. ſcrupula, ponderat grana 72.
Scrupulum, γραμμάτα	Argenti, Auri,	valet	1 d. ob. 2 ſ. 6 d.	Continet ſcrupulum obolos 2. ponderat grana 24.
Obolus, ὀβολὸς	Argenti, Auri,	valet	1 d. q. a. 1 ſ. 3 d.	Continet obolus ceratia ceu ſiliquas 3. ponderat grana 12.
Siliqua, κεράτιον	Argenti, Auri,	valet	qu. q. c 1 2 5 d.	Siliqua continet ponderatq; ſitaria ceu grana 4.
Granum, σιτάριον	Argenti, Auri,	valet	c $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{1}$ a. 1 d. qa.	

Tabula Menſurarum.

Applicationis eæq; vel

1 אצבע Etsbang, Δάκτυλος, Digitus. *A finger, an inch.*
2 טפח Tophach, παλαιστὴ, Palmus minor. *Foure fingers, or 3 inches.*
3 זרת Zereth, σπιθαμὴ, ſpithama, dodrans, & palmus major. *A ſpan.*
4 רגם Pagnam, πούς, Pes. *A foot or 12 inches.*
5 אמה Amma, ὁ πῆχυς, Cubitus, eſtque vel
- Communis. *Halfe a yard.*
- Sacer. *A yard.*
- Regius. *Halfe a yard and three fingers.*
- Geometricus. *Three yardes.*

6 חבל Chebel, Funiculus. *A line or rope to meaſure grounds of an unknowne length.*
7 קנה Kaneh, ἄνθρα, Arundo. *A reed, ſix cubits and an hands breadth.*
8 צעד Tſugad, ὁ διβήγμα, paſſus. *A pace, i. five foot.*
9 Στάδιον, ſtadium. *A furlong, 25 paces.*

Mensuræ sunt vel

Capacitatis, & sunt

- 10 Parasanga, 30 *furlongs.*
- 11 Cibrath haarets, καβραθα seu σαββατα. } *Halfe a daies journey.*
- 12 Milliarium, ~ *A mile, a thousand paces.*
- 13 Clima. ~ *Threescore feet every way.*
- 14 Jugerum. ~ *In length 240. in breadth 120. feet.*
- 15 Actus. ~ *In length and breadth 120 feet.*

Hebræorum, quę vel

Aridorum:
- קב Kab. *A quart.*
- עמר Omer. *Three pints and a halfe.*
- סאה Seah, Satum, *A gallon and a halfe.*
- אפה Ephah, *Halfe a bushell and a pottle.*
- לתך Lethec, *Two bushels, six gallons and a pottle.*
- חומר Homer } *One and forty gallons, de liquidis 45.*
- כור Cor }

Liquidorum:
- לוג Log, *Halfe a pinte.*
- הין Hin, *3 quarts.*
- בת Bath, Bathus, & Cadus, *Four gallons & a halfe*

Græcorum, eæque vel

Aridorum & liquidorum,
- Ξέστης, sextarius, *1 pint, 1 ounce, a quarter, and an halfe, and six graines.*
- κοτυλὴ cotula, vel
  - Attica, *A halfe of Sextarius.*
  - Georgica, *20 ounces, 19 graines and an halfe.*
- Ὀξύβαφον
  - Attic. *The 8 part of Sextarius.*
  - Georg. *2 ounces and an halfe, and 4 graines*
- Κύαθος
  - Attic. *2 Charats, 15 graines and an halfe.*
  - Georg. *The sixth part of* cotula Attica

Liquidorum tantum
- Μετρητὴς, *1 firkin, 1 gallon, 3 pints, and 18 penny weights.*
- Χοῦς chus, vel
  - Attic. *3 quarts, 8 ounces, and* 1/4 *of an ounce, 1 charat, 16 graines.*
  - Georg. *1 gallon, 1 pint, 6 ounces, 2 Charats, and 14 graines.*
- Ἀμφορεὺς, amphora, mensura Georgica, *5 gallons, 1 pint, 4 ounces, 1 Charat, and 16 graines.*
- Τέταρτον, quartarius, *The fourth part of* Sextarius.

Aridorum tantum
- Μέδιμνος vel
  - Attic. *A bushell, 1 gallon, 3 pints and 18 penny weights.*
  - Georg. *A bushell, 7 gallons, 5 ounces, 3 quarters, 2 Charats, & 8 graines.*
- Χοῖνιξ chænix, estq; vel
  - Attic. *A pint, 8 ounces, 1 charat and 19 graines*
  - Georg. *A quart, 6 ounces, 2 charats, 18 graines, & a halfe.*

- Romanorum, quæ vel
  - Liquidorum tantum
    - Culeus, culeum, & culleum, 148 *gallons*, 1 *pottle and a quart.*
    - Amphora, 7 *gallons*, 1 *quart*, 1 *pint, and an halfe.*
    - Urna, 3 *gallons*, 1 *pottle*, 1 *pint, and* 9 *ounces.*
    - Congius, 1 *pottle*, 1 *quart*, 1 *pint*, 5 *ounces and a quarter.*
    - Sextarius, qui respectu Græci sext. Italicus dr. est vel
      - Castrensis, *a quart*, 5 *ounces, and three quarters.*
      - Urbicus, *A pint*, 2 *ounces, and* 3 *quarters.*
    - Quartarius, 3 *ounces, and* $\frac{1}{2}$ *and* $\frac{1}{4}$ 2 *charats, and* 5 *graines.*
  - Aridorum tantum
    - Modius, cujus partes semodius, & trimodius, &c.
      - *A peck*, 1 *quart*, 1 *pint*, & 10 *ounces.*
  - Liquidorum, & aridorum
    - Hemina, 7 *ounces, a quarter, and halfe a farthing gold weight.*
    - Acetabulum, 1 *ounce*, 3 *quarters*, 2 *charats*, 12 *graines, and an halfe.*
    - Cyathus, 1 *ounce, halfe a quarter*, 2 *charats*, 15 *graines.*
    - Ligula, 3 *drammes and a scruple.*

Nota. *In the reduction of these auncient measures to this equality with our English assise, I have had respect onely to Troy weight, the least quantity whereof is a graine, 24 of these graines make a penny weight, 20 penny weights, or 24 charats an ounce, 12 ounces a pound: this is proportionate to a pint, 2 pints a quart, 2 quarts a pottle, 2 pottles a gallon, 2 gallons a pecke Winchester measure, 8 gallons a bushell of graine, a firkin of liquor.*

Gentle Reader, I have supplied the vacancie of this leafe with this list and Catalogue of the names, weights, and valuations of such coines and monies as in divers places at this instant are in most frequent use, which, (I doubt not) will be beneficiall to some for the understanding of our moderne relations.

The names of Gold.	Weight d.	gr.	Price s.	d.
OF *Angels and Albertus.*				
English Angel, or Angel noble.	3	7 $\frac{1}{4}$	11	0
Halfe that Angell.	1	16	5	6
Flemish or Flanders Angell best.	3	6	9	10
Albertus of the Archdukes or Ducat.	3	9	11	3
Of Castilions.				
Golden Castilion.	2	23	9	7
Of Crusadas.				
Crusado with the long crosse †	2	6	6	8
Crusado with the short crosse †	2	6 $\frac{1}{2}$	6	6
Great Crusado of Portugall.	22	16	7	0

Crownes or Escus.	Weight d.	gr.	s.	d.
First Crowne of K. Henry 8 *best.*	2	9	7	0
Base Crowne of K. Henry 8.	2	0	5	6
Crowne of Queene Elizabeth.	1	19	5	6
Brittaine Crowne of K. James.	2	0	5	6
The double Britaine Crowne.	4	0	11	3
New Crowne of K. James and K. Charles.			5	0
Scottish Crowne.	2	5	5	6
Halfe thistle Crowne.	1		2	9
K. Philips Crowne of Spaine.	2	5 $\frac{1}{2}$	6	8
Flemish or Flanders Crowne.	2	5	6	8
French Crowne.	2	5 $\frac{1}{2}$	6	8

Old

Old French Crowne.	2	5	6	8	Spanish Pistolet of 26 Ryals.			14	0
The peece called 4 crownes of Port			26	2	12 pound Scottish.	6	22	20	0
Golden Crowne of Italy.			6	0	Of Riders and horsemen.				
Of Ducats Simple, Double, &c.					Rider of Flanders.	2	6	8	0
Ducat single of Spaine.	2	½	7	2	Rider of Gelders of Freesland.	8	6	23	0
Ducat double of Spaine.	4	13	14	4	Ruble of Poland.			13	4
Great Ducat of Spaine	10		33	0	Ruble of Muscovia.			10	0
Ducat simple of Rome.	2	6	7	2	Of Royals or Reals.				
Ducat double of Rome.	4	13	14	4	Rose royall or reall of England.	4	10	14	6
Ducat of Florence.	2	5	7	0	Spare royall of England.	4	23	16	6
Ducat of Valence.	2	6 ½	7	2	Halfe Spare royall.	2	11	8	3
Ducat of Arregon.	2	6 ½	7	2	Philip reall with Spread-eagle.	2	6	5	6
Ducat of Hungary, or Hungary Ducat.	2	7	7	10	Philip reall of Spaine.	3	10	5	6
Ducat of Suevia.			8	9	Flemish Reall called the Key.		10	11	0
Ducat of Turkey.			9	2	Of Salutes.				
Ducat of Hanborough.			7	10	Salute of England.	2	5	6	10
Denning of Muscovie.			0	11	Shocks of Bohemia.			9	0
Florins and Gilders.					Of Soveraignes.				
New Flo. or Gilden S. Andrew	2	3	5	6	Soveraigne of King Edward.	3	14	11	0
Old Gilden S. Andrew.	2	3	5	4	Soveraigne of K. Henry the 8.	4		11	0
Carolus Gilden or Gilder.	1	21	3	10	Soveraigne of K. Henry the 8ff.	3	14	11	0
Collen Gilden.	2	2	5	0	Soveraigne of Q. Elizabeth.	3	14	11	0
David Gilden.	2	2	4	4	Soveraigne of K. James.	3	14	11	0
Horne Gilden.	2	12	5	5	Great double Soveraigne.	6	16	22	0
Saxon Gilden.	2	2	5	3	Great triple Soveraigne.	10		33	0
Philip Gilden.	2	3	4	6	Spanish Dublion.			14	6
Halfe Philips Gilden.	1	1	2	3					
The new Rider of Guelders.	2	6	7	0	Sultan of gold of Turkey.			7 s. 6 d.	
Golden Lions.					Of Unites and Unicornes.				
Golden Lion.	2	16	8	0	Unite of King James.			21 s.	
⅓ part of it.		21	2	7	Unite of Scotland.			6 s. 8 d.	
⅔ partes of it.	1	19	5	3	Zechines of Venice.			7 s. 6 d.	
Guldens.					SILVER COINES.				
Golden Gulden.	2	6	5	9					
Golden Renish gulden.	2	8	7	8	Aten of Muscovia.			4. 0.	
Markes.					Aspers.			0. ob. qd.	
Marke of Bohemia.			6	0	Attine of Poland.			0. 4. ob.	
6 Markes of Suecia.			4	9	Babee of Scotland.			ob.	
20 markes of Scotland.			22	0	Batz.			0. 2.	
5 markes of Scotland.			5	6	Bemish of Switz.			0 2. ob.	
10 markes of Scotland.			11	0	Bizancco of Italy.			0. 8.	
Mill-reyes.	4	20	14	6	Blanckes.			0. ob. qd.	
Halfe mill-reyes.	2	10	7	3	Bolignco.			0. ob. qd.	
Of Nobles.					Caveleto of Italy.			0. 3. qd.	
Angell noble of England.	3	7	11	0	A medine of Cairo.			0. 2. qd.	
Old Angell noble of England.	4	10	14	6	Carlini of Italy			0. 6.	
Halfe of the Angell noble.	2	4	7	2	Crowne of Turkey.			6. 0.	
George noble of England.	3	1	9	0	Crowne of Italy.			5. 0.	
Rose noble.	4	13	14	6	Cupstoke.			1. 0.	
Flemish or Flanders noble.	4	10	13	4	Creitzers of Poland.			0. ob. qd	
Pistolets and other Peeces.					Philip Doller.			5. 0.	
Single or simple Pistols.	2	14	6	4	Lions Doller of the Low Countries.			4. 0.	
Double Pistols.	4	8	12	8	Rickes Doller of Germany.			4. 8.	
Portiguese or great Crusado.			3	1 12	Rickes Doller, or Imperiall Doller of Suecia.			5. 2.	
6 pound Scottish.	3	0	10	0					

Rekish

Rekiſh Doller, or merchants Doller of Suecia	3.2.
Croſſe Deller of Alb.	4.8.
Dollers of Zeland and Friſ. with the eagle.	2. 10.
Diken of a wing.	1. 4.
Drier.	ob. qd.
The peece of foure ryals.	4. 3.
The peece of eight ryals.	8. 6.
Flabes in the low Countreyes.	1. 4.
Flemiſh ſhilling.	7. ob.
Frankes of Turkey.	2.0.
Flemiſh ſilver gulden.	2. 0.
Finferlin.	0.ob.
Silver Gulden.	3.10.
Silver groſhen.	0.2.
Silver miſen groſh.	0.3.
Poliſh groſh.	0. 1. ob
Mary Groſhen.	0.1.qd
Meſniſh ſilver greſh.	0.2.ob.qd
Gagatta of Italy.	0.1.
Popes guiby.	0.6.
Grots of Germ.	0. 1.q
Juſtino of Italy.	1.6.
Lyre of Venice.	0.9.
Lyra of Geroa.	1.4.
Marke of Denmarke.	2. 2.
Murſenigo.	0. 11
Marke of Scotland.	1.1.ob
Pfound.	0. 4. ob. q.
3 Pound peece of Scotland.	5.0.
Plappot.	0.2.ob.
Poali of Italy.	0. 6.
Quartidieſeue.	1. 6.
Reale.	0. 5.ob.
Rouſlicke.	0. 1. ob.
Ryals of Eight.	4.5.
Rappen muntz.	0.2.ob.
Seſtino.	0.ob.qd.
Stiver.	0.1. qd.
Emden ſtivers.	0.1.ob. qd.
Schaneberger.	1.ob.qd.
Hambrow ſhill.	0.9.ob.qa.
Shilling of Germ.	0.5.qd.
Daniſh ſhil.	0. 0.ob. qd.
Lubicke ſhill.	0.1. ob. qd.
Scottiſh ſhilling.	1.0.
Shil. of Switzerland.	1.d.
Sicherling.	0.1.qd.
Scaby of Turkey.	0.6.
Scya of Turkey.	6.qd.
Soulz.	0.1.ob.
Soldi of Genoa.	0.ob. qd.

Braſſe Money.

Augſter of Switz.	0.qd.
Dryneller.	0. qd.
Diner of Genoa.	0.c
Diner of Turkey.	0.q
Holler.	0 q.
Maruedes.	0. q.
Orkes.	0. q. c.
Penning.	0 q. c.
Penny of Scotland, twelve make a penny Engliſh.	
Pochanel.	0.qd.
The plack peece, 3 to a penny.	
The Turnour, 6 maketh a penny.	
Quatrener.	0. q.

Note. The figure in the firſt place ſignifieth ſhillings, in the ſecond pence, the reſt are obvious.

S.T.C. 13621

83334 (2)

DICTIONARIUM ETYMOLOGICVM LATINVM, ANTIQVISSIMVM

& noviſſimum nunc demum infinitis penè laboribus & continuis vigiliis compoſitum & abſolutum à FRANCISCO de Sacra Quercu.

OR,

A DICTIONARIE DECLARING THE

Etymologies, the Originall and derivation of all Words uſed in any Latine Authors, with the reaſon of their Derivations and Appellations; never any in this kinde extant before.

Whereunto, beſides the hard and moſt uſefull words in Divinitie, Philoſophie, Phyſicke, and Logicke, are added many thouſand other words out of the Civill and Canon Lawes, Gloſſaries, Criticks, and other approved Authors, old and new; with their Greeke in more exactneſſe than ever was in *Calepine, Morelius*, or any other: and alſo the Coines, Meaſures, Weights; and many other uſefull Additions, as will appeare in the Epiſtle to the Reader, and better in the worke it ſelfe.

Hereunto is alſo annexed the Proper Names, adorned with their Etymologies; illuſtrated and explained with Hiſtories, Proverbs, Mythologies, &c. Together with the Chronologie of the Perſons, and the beginning of noted Cities, and plantation of ſundry Countries; the Geographie, and the Names both antient and new, of the moſt remarkeable Places.

Laſtly,

RIDERS Dictionarie, (*i.*) the Engliſh before the Latine, compiled by RIDER, is augmented with many hundreds of Words, both out of the Law, and out of the Latine, French, and other languages, ſuch as were and are with us in common uſe, but never printed until now, to the perfecting of the worke.

Now the fifth time newly corrected, and very much augmented by the great induſtrie and paines of FRANCIS HOLY-OKE.

LONDON.

Imprinted by *Felix Kingſton* for *Iohn Waterſon*. 1640.

CVM PRIVILEGIO.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO CAROLO, WALLIÆ PRINCIPI, CORNUBIÆ DUCI AUGUSTISSIMO, &c.

NOn diu deliberandum fuit, quorum syderum auspicia novis hisce libris natalitiis imp'orarem; Dictionario huic Etymologico, ut faveas ipse, (Princeps Illustrissime) & humanitate Regiâ viam præstruas, facilè poteris exorari; præcipuè, si rationem huius consilii probè perspexeris. Pater enim meus adhuc superstes, huius primi Etymologici author unicus, nunc πόνῳ, νόσῳ τε, χρόνῳ τε confectus, in supremis mihi mandatis dedit, me sub Tui nominis clientelâ opus hoc suum, quod tanto ei sudore constitit, æternitati consecrare. Expertus siquidem ipse patruo Tuo Henrico ὁ μακαρίτης, patréque, jam Regum potentissimo (quorum ætatulis primitùs fuit accommodatum) tantum vel in teneris ad literas desiderium fuisse, ut nulla lege in nobiliori Tua indole dissimilem affectum vereri pateretur. Jure igitur, vel hæreditario,

liber hic à te sollicitè Augustum expetit patrocinium. Ex-hinc insuper veniam audaciæ meæ impetrare confidam: invitus aliàs, & non nisi coactus, humillimum hoc patris mei, σφόδρα φρόντος donarium oblaturus. Res tamen adeo publicæ utilitatis, ut fortè nec indignum duxeris munus, quod Tuæ Majestatis adolescentiæ traderetur, ex quo juventutem tuam informare poteris, nisi annos literis præveniisses. Nec mirum! habes enim præter utriusque Parentis sacratissimum Genium, juventutis Tuæ Rectorem, quem Burrhum alterum, aut Senecam appellarem, nisi quod in Trajanum inciderit; Cuius munitus præsidio, ausus sum ipse Tantæ Majestatis Principem adire tantillo licèt munusculo; In quod si oculos Tuos obvertere, manusque Regales admovere digneris, satis me paternæ oblationi consuluisse credidero.

Celsitudini vestræ

Orator humillimus,

THOMAS de Sacra Quercu.

Amplissimo & multis pietatis, eruditionis & veræ Nobilitatis titulis illustrissimo *Francisco Leigh*, Baroni de *Dunsmore*, Patrono suo honoratissimo.

HOc quicquid est munusculi tenue licèt & incultum Honori tuo (Heros inclyte) dicandum censui, tibi spero vel eo nomine longè acceptius futurum quòd patrem meum authorem agnoscat. Qui in hac novissimâ operis sui editione me amanuensem hac lege conduxit, ut hasce propriorum nominum Etymologias Tibi (meorum facile Principi) meo nomine inscribi pateretur. Diu est ex quo ad exoptatã hanc opportunitatis ansam anxius suspiravi. Cujus beneficio debeo quod frequentia illa (quà publica, quà privata) favoris vestri specimina tum erga patrem meum, annis jam gravem, tum meipsum ab incunabulis penè & ineunte insuper ætate per lõgum exhibita, publicè profiteri licet; quin & officium pariter meum & devoti animi gratitudinem testata reddere. Nec incongruè videor hanc operis partem Amplitudini tuæ destinâsse, ubi inter herôas Græcos, inter proceres Latinos, præclarè gesta tua, Tuas virtutes, justitiam & prudentiam passim leges. Neque enim fas est ita privatis immorari beneficiis ut ea præteream quæ in Rempublicam contuleris: de qua adeo optimè meritus es, ac si in ejus solius bonum natus fuisses. Ex quo Tu pro Tribunali justitiæ operam impendisti, nemo innocens potentioris gratiam extimuit; nemo nocens aliunde veniam quàm ex pœnitentia speravit: imo scelera ipsa ex Te modestiam aliquam didicerunt. Sed hæc utcunque magna, Tibi forsan cum paucis aliis communia sunt, illud utique proprium, quod in pensione pro pauperibus eroganda terras Tuas, certè amplissimas, ad unum omnes in censum venire non tantum passus es, sed imperâsti: Novo sanè sed tam magno exemplo, ut reliquos feudorum dominos puduit non imitari, & bonitati tantæ obviam ire aut non ausi sunt, aut noluerunt: adeo ut Tibi jam debeamus quod non solus pauper pauperem alat. Nec illud minùs prætereundum, felicem reverà Te patrono clerum: Cui angusta videtur innocentia ad legem bonus esse; atq; adeo non contentus decimas solvere (illud siquidem juris esse statuis,) hoc quemvis decet; honestum auctarium addis, hoc munificentiæ est; hoc te decet. Atque hęc sunt quæ Te verè nobilem facerent, nisi talem invenissent, non minus avitâ proavorum gloriâ quam virtute propriâ illustrem. Cujus majores non apud Londinenses solum summos consecuti sunt honores (quod etiam Nobilitatis ingenitæ honorem reddit cumulatiorem) Nec miseras illas & mentitas dignitates sapiunt, quas nummi agunt, aut fœda mercede vœneunt. Gens siquidem antiqua Leighorum non solum in Warwicensi nostra, & in circumvicinis provinciis, sed etiam in plurimis hujus regni regionibus, tum radices olim egit, tum ramos etiamnum propagat per multas familias Equestri saltem dignitate insignes. E quibus unum, tibi & consanguinitatis & amicitiæ jure conjunctissimum, & mihi beneficiis abundè notum, nobilem Baronettum Thomam Leigh, scio non ægrè feres si honoris causâ nominavero. Gratularer hic Tibi lubens præ cæteris familiæ ornamentis castam, piam, nobilem conjugem, Heroinam, & tres filias cohæredes ex ea susceptas, ut numero sic venustate Gratiis pares. Sed me reprimo; & tandem cogitare incipio non minus quid Te audire placeat, quam quid me dicere conveniat. Spero me utrumque assecuturum iri, si & patientem meum senio jam & labore confectum, & meipsum porro inter juventutis Lubrica versantem clientelæ Tuæ in perpetuum addixero: Deum Optimum Maximum oratum habens, ut omnia Tibi ex votis (quæ nisi honestissima esse non possunt) succedant.

E Musæo Col. Reg. 4 Idus Sept.

Humillimus & omnibus mancipij vinculis
Honori tuo devotissimus.

THOMAS de Sacra Quercu.

AMPLISSIMO VIRO CLEMENTI THROCK-MORTONI, EQVITI AVRATO, PATRONO SUO DIGNISSIMO, HOMINUM, CIVITATUM, ET OPPIDORUM ILLUSTRIUM NOMENCLATURAM OLIM

D. ET D.

F. D. S. Q.

AD LECTOREM.



Eternum verbum cum verbo omnia formásset, verba item formavit rebus singulis accommodata, quæ nomina simul & naturas denotarent. Ettam arctum inter res & verba connexionem instituit, ut ex nomine ad suam originem reduc̃o, naturam simul & nominis rationem sive etymologiam primævis hominibus invenire, nullo negotio liceret. Hujus rei veritatem verenda illa nomina quibus Deus Opt. max. naturæ suæ plenioremnotitiam nobis communicare dignatus est, luculentèr ostendunt. Jehova enim sacratissimum suum nomen τετραγραμματον και ἀγεννοητον ab essentia, Exod. 3. Jesum ab officio salvandi, Mat. 1. 21. appellari voluit. Eandem ordinem in creaturis à se nominatis servare volait, cum verò Adamum finxisset, & in horto voluptatis collocásset, linguam sanctam eum edocuit, & verborum scientiam instruxit, ut ad ejus exemplar creaturis reliquis nomina secundum naturas imponeret. Quare Adam vocavit mulierem אשה viram, quia ex viro: eandem & חוה Hevah, quia mater erat omnium viventium. Sedula posteritas prototypon imitari non destitit. Jaacob, יעקב à supplantando, נבל Nabal, à stultitia nomen meritò sortitur, & infinita alia ex sacris paginis exempla ubique occurrunt. Hoc felix inter res & verba conjugium inviolatè mansit, donec universa terra labij & verborum eorundem. Gen. 11. 1. Nam hucusq; lingua sancta quæ postea dicebatur Hebræa adeo amla & perfecta extitit, ut curiosis hominibus nova verba excogitare, nullus erat locus relictus. Sed non diu durat humana felicitas: Linguarum enim confusio ad turrim Babel inchoata, multis obscuritatibus rem totam obfuscavit, & ex uno fonte varii rivuli, ex una radice varij ramuli difficiliorem fecerunt ad originem regressum. Attamen ex hac linguæ confusione non aliæ plane linguæ & prorsus diversæ, sed potius ex eadem sancta lingua variæ dialecti sunt exortæ, ut adhuc in illis ipsis Orientalibus linguis demonstrari facilè possit: Lingua Syriaca, Chaldaica, Arabica, Persica, Ægyptiaca, Punica, &c. antiquæ linguæ sanctæ originem adhuc referunt. Imo in Græcis & Latinis dictionibus innumeris linguæ primitivæ vestigia ubiq; apparent. Sed quo longiùs posteri Chami & Japheti à Shemi familia sedes fixere, eo magis à puritate sermonis primigenij deflexerunt & agrestem barbariem ex horridis & incultis locis quos incolebant, quasi unâ cum spiritu hauserunt. Hinc nomina antiqua aboleri, nova superinduci, varia pro hominum arbitrio imponi, alia pro oblitis & malè intellectis excogitari, omnia deniq; adeo obscurari ut ad veras paucorum origines non nisi multimoda investigatione pervenirì possit. Nam in desertis illis & longè dissitis locis veram Dei notitia, Artes liberales & disciplinæ verborum imo nationum origines & tandem literæ ex hominum memoria penitùs exciderunt. Attamen Ægyptij & Chaldæi, Phœnices, omnesq; finitimi populi ex Hebræis: Græci ex Pœnis & Phœnicibus, Latini ex Græcis literas & liberales artes seriùs acceperunt. Quitandem ex iis verborum vestigiis quæ adhuc manserant, & sui ortus & linguæ suæ originis cognitionem edisserere incipiunt. Inter hos primus (post Homerum & antiquos Poëtas) divinus ille Plato auriferas literarum regiones peragrare instituit, & verborum origines perquirere & rerum naturas indagare ex verborum etymis conatus est. Testis sit ejus Cratilus, qui περὶ τῆς ὀνομάτων ὀρθότητος, disserens ait, ὀνόματος ὀρθότητα εἶναι ἐκ φύσεως τῶν ὄντων φύσιν περιτυχεῖν, & ἐρρίζωται τινα τῶν ὀνομάτων περιπάντη καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις πανταχοῦ ἅπασι, inde Chrysippus, Demetrius, Ixion, Orion, & alij innumeri divinum Philosophum sequuti varios libros de etymologica disciplina conscriptos posteritati reliquerunt. Postea verò quum Latini humaniores literas à Græcis accepissent, autores præcipuæ notæ hanc etymologicam disciplinam pertractare & excolere cœperunt; ut per verborum origines ad rerum naturas & causas perscrutandas facilior esset aditus. Hinc Cato, Verrius, Festus, Ælius, Philologus, Capito Ælius Stilo, Gallus Sinnius, Capito Cincius, Santra Aurelius, Opilius Isidorus, & ante omnes doctissimus Varro, de Etymologijs varia voluminaediderunt. At dolendum quidem quæ ab his aliisq; magni nominis hominibus hac de re conscripta fuerunt, temporum & hominum injuria magna ex parte interysse. Est tamen etiam quod nobis gratulemur, Deoq; Opt. Max. gratias agamus, qui à sævis Barbarorum manibus quasdam saltem nobis etymologicæ disciplinæ reliquias conservâvit; eoq; magis quòd post multorum seculorum barbariem doctissimorum virorum turbam tandem excitaverit hæc fragmenta mancа & corrupta aliorumq; autorum monumenta & ex tenebris erutа hujus disciplinæ etymologicæ opera, pristinæ integritati quantum fieri potuit, restituerunt. Inter quos Scaligeri doctorum virorum judicio principatum merito obtinent: Julius Cæsar Scaliger, alter nostri seculi Varro centum & decem libros de

originibus composuit, qui non sine insigni politioris literaturæ dispendio perierunt. Josephus ejusdem filius, Lipsius, Casaubonus, Turneb. Lub. Passeratius, & alii innumeri doctissimi viri plurimos autorum nodos difficillimos hujus divinæ disciplinæ ope retexuerunt. Attamen inter horum scripta nullum jam extat volumen integrum de etymologijs constructum. Quod cum à plerisque magnopere desiderari sæpius animadverterem, à quibusdam doctis viris sæpe efflagitavi ut hoc onus in se susciperent; sed frustra. Et quoniam in mea curta supellectili nihil ferè huic muneri idoneum proferre me posse intelligerem, ex alienis scriptis etymologicum Latinum componere pro virili sum aggressus. Primum igitur auctores veteres qui verborum origines tractarunt diligenter rimatus sum, varios etiam autorum tractatus qui vel obiter etyma observârunt, nec non veteres simul & recentes grammaticos consului, Neotericorum commentaria, conjectanea, notas, annotationes, animadversiones, castigationes, emendationes, explicationes, observationes, & quod verbo dicam, totam illam doctorum Criticorum gentem sedulus evolvi: varia deniq; dictionaria, glossaria, & nomenclationes syllabatim ferè perlegi; ex quibus omnibus etyma & verborum proprietates, vocabula pura, obsoleta, exotica & neotorica, quotquot invenire potui, in hoc nostrum dictionar. Etymol. coacervavi, ut nullum etymon imo nullum vocabulum sit ferè reliquum quod in hoc nostro thesauro non facilè reperias; quantes autem labores ab incepto opere subierim Lectoris judicio relictum volo. Nondum enim doctus Fungerus suum etymologicum parvum, nec asutus Becmannus suum Enchiridion, nec bibliophagus Martinius suum etymologicum eruditissimum, in lucem ediderat, quando meum jam typis destinârem. Si quæras præterea (amice Lector) quid novi portat hæc nova editio, en tibi vocabulorum millia nova, totidemque antiqua ex tenebris erutа jam facta nova. Neq; vero is sum qui licentiam τῶ ὀνοματοποιεῖν mihi usurpare ausim; id Afris scriptoribus eorumque sequacibus libenter relinquam: qui obscuritates vocum & sententiarum, ita affectate venantur, ut tum demum se doctos arbitrentur, cum sermone ita obscuro aut abhinc multis annis jam desito utuntur, quod scire & intelligere neminem volunt quæ dicant: & fortasse gryphis ænigmaticis puerilem in modum delectantur: tonitrua & nescio quæ coruscatio epplet aures & perstringit oculos hominum, quasi tam sublimem eorum oratorem ad incudem revocasset: Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon. Commissiones istos meras componere, & ayenam esse sine calce Caligula redivivus diceret. Ciceronem quasi obsoletum fastidiunt, in tantum ut Ciceronem & Cæsarem & cæteros Latinæ linguæ magistros, velut sexagenarios de ponte deturbandos existiment. Lypsium novas scribendi formas introducentem perditè suspiciunt: scilicet stylum cum vestimentorum formis annuatim jam apud fanaticos variatis, mutandum, isti novatores opinantur. Mihi propositum est ex doctorum monumentis nova & antiqua colligere, collectaq; interpretari, & si fieri potest suis etymis & antiquitatibus ornare. In hac vero editione multa vocabula ex antiquis patribus & ecclesiasticis scriptoribus ex Medicis, Juridicis, & glossematorum scriptoribus, ex Meursio, De la Cerda, Medicinæ Pandectis, Stupano, & Criticorum Lampade, ex Dictionarijs juris Civilis & Canonici multisq; alijs Criticis & auctorum interpretibus desiderata in nostrum etymologicum adscripsi, quæ doctis simul & indoctis, ad auctores intelligendos multum lucis adferre possunt. Labor immensus in via immensa, multis fortasse non ingratus quorum gratia non minimam ætatis virium & facultatum partem consumpsi. Quinetiam ut omnes Latinæ linguæ gazæ in hoc Thesauro cumularentur; Originationes & etymologias amplificare, & varios vocabulorum usus phrasibus & testimonijs confirmare, Hebræa cum Latinis & Græcis conjungere feliciter institueram, ut in initio libri patet, sed quadripartitis scedulis coarctato, longius expatiari non permittitur. Sunt etiam qui hæc studia quasi levia & puerilia contemnunt, qui etiam sæpius inter suos jactitare solent, omnes se auctores & classicos scriptores sine hujusmodi adminiculis posse peragrare, nodosas auctorum sententias sine duce enodare, omnes verborum significatus sine dictionarijs intelligere. Hoc ex nulla re alia fit nisi ex stupida ignorantia; Sed his sciolis alibi responsum est. Sed nec nugatorum nugamentantes sciolorum objectamenta diutiùs moror. De his doctis solummodo judicare norunt, quorum Censionibus omnia mea studia censenda & corrigenda summitto; qui inter varias ac multiplices suas lectiones, seligusmodi subsidiis assiduè adjutos libere profitentur: quinetiam originationis fructum ad docendum illustrandum & refutandum necessarium in suis doctissimis lucubrationibus passim demonstrant. In unaquaq; enim lingua quædam sunt vocabula primitiva à quibus reliqua à se orta pendent, horum primigeniorum vocaminum, singula suam propriam primariam & genuinam significationem obtinent, quam omnibus à se derivatis, flexis & compositis paululum variatam impertiunt. Sin autem vocabula à primitivis flexa alienam vel diversam significationem induerint, ex originationis arte ratio petenda est. Hæc item primigenia vocabula singula ex Hebræo fonte primitus derivata ad suum sacrosanctum fontem iterum etymologica disciplina reducenda sunt, ultra non datur regredi. Ut Anglicè A Sacke, Græc. σάκκος, Chald. פּשׁ Heb. פּשׁ: Gaber, aggero, ἀγείρω ἀγύρω, גבר agar, נסכ Sacer, censeo, rapio ἁρπάζω, ארב Arab, apto ἁπτω אפד aphad Wine, vinum, οἶνος, יין, Hanc sanctam Linguam Deus opt. max. suo sacrosancto eloquio in paradiso sacravit, & aliarum linguarum matrem esse voluit, hac lingua legem in tabulis lapideis exaravit, hac lingua scripturas Vet. Test. à spiritu sancto dictatas Ecclesiæ suæ donavit. Nonnullos autem Novi T. libros in

hac

hac sancta Lingua originaliter fuisse conscriptos, multi viri docti autumant, qui & Syriacam versionem e jusdem antiquitatis, cum Græca origine summopere contendunt. Phrases vero & loquendi formas & sermonis proprietates ex Hebraica, (i.) Syriaca Lingua translatas, quæ eo tempore fuit Judæorum vernacula qua D. noster I. Ch. loquendo, prædicando, & orando semper usus est, omnes vel mediocriter docti norunt. Nemo igitur sacra Biblia dexterè intelligere, ritè tractare, vel solidè interpretari potest, qui ex ipsis fontibus verborum originationes derivare non novit. Ex his enim verborum & sententiarum interpretationes petuntur, ex his argumenta & documenta ad omnes theologicos usus necessaria sumuntur. Sine his qui mysteria sacræ Scripturæ aperiendi onus in se suscipiunt, miserè cæcutiant necesse est: Idem de prophanis auctoribus evolvendis & enodandis dicendum, in quibus nisi ad ipsas verborum origines omnia retuleris, nunquam auctoru mentem dextre deprehendes, nec primarias genuinas & propias significationes à metaphoricis figuratis & translatitijs discernere queas. Sed nunc tempus est ut eorum criminationibus respondeam, qui mihi injuriarum actionem intendunt, quasi ex alienis Dictionarijs præcipuè Thomasianis expoliatis, nostrum Etymologicum construxerimus, grave crimen si modo verum & bonis viris indignum. Sed si nihil in his sit factum quod alij omnes Lexicographi ante me non fecerunt, spero bonos & æquos rerum æstimatores eandem libertatem mihi indulturos, quam in alijs tantopere collaudarunt. Cooperus Tirisii, Tigurini Dictionarium Latino-Germanicum, ni fallor, translatit. Suum autem Thomasius, ex Calepino & Coopero primum compilavit, quod vestigia adhuc recentia ostendunt. Postea ex Junij nomenclatura & quibusdam glossarijs & herbarijs auxit & ampliavit: tandem reverendus vir D. Philemon Hollandus doctissimus Medicus juxta ac Philologus, ipsum Thomasium ex bonis auctoribus, adeo mirificè ditavit, ut nullum in eo genere Dictionarium adhuc exstet, quod pro vocabulorum numero, perfecta vocum interpretatione, & phrasibus selectis huic Thomasiano adæquari merito possit: sibi habeat & per me licet, quod tanta cura & impendio comparavit. In prima hujus Etymologici editione, quorundam verborum interpretamenta ex Thomasio decerpta, & in nostrum translata eorum negligentia factum, quibus id oneris demandatum erat ut eadem vocabula interpretata ex Ridero & Coopero exciperent, non nego: at verò in proximis editionibus, ullam me voculam, quod sciam attigisse, quam alibi non invenerim, nisi appositio Thomas. nomine, aut T. nominis signo, id vero pernego. Quod si idem Tho. in suo Anglicolatino Dictionario observasset, literam caninam ad nauseam usq; recitasset.

Restat nunc ut eos grata animi significatione memorem qui olim hoc opere me adjutarunt, aut quovismodo subsidio fuerunt. Et lubens quidem memorem D. Doctorem Jamesium de bonis literis optimè meritum, qui mihi certa quædam vocabula é patribus collecta impertiri non recusavit. Nec non magist. Robertum Burtonum doctum Mathematicum æquè ac Theologum, qui tum ex Mathematicis, tum ex alijs disciplinis multa etiam inter legendum vocabula adnotavit, quæ huic operi inserui. Magistrum item Sicksmith, Coll. Aeneonasensis socium, & amicus meus doctissimus suum dedit symbolum, in quantum opus hoc ab æmulis laceratum, non ineleganti atq; justa vindicavit Apologiâ. Liceat etiam amici mei integerrimi τῶ υαγαθοῦ Thomæ Wetherelди nostri Reginensis Collegij nuper socij, in vivorum etiam nunc societatem nomen revocare, qui propriorum nominum Indicem Chronologicis aliisq; non contemnendis lucubrationibus illustravit. Denique cum huic novissimæ editioni manus imponere occœpissem, librum adeo depravatum & mancum, mendisq; typographicis laceratum deprehendi, ut de etymis, vocaminibus, phrasibus, & interpretamentis addendis, amplificandis, castigandis, aliisq; huic operi necessaria intra tempus constitutum perficere, planè desperassem, nisi laboris aliquam saltem partem alijs demandassem. Quapropter in castigando σφάλματα typographica, quæ sanè infinita fuere in restituendo accentus Græcos, & Latinorum vocabulorum quantitates vel planè omissas, vel certè misere transpositas, non alienum mihi visum est uti subsidijs, tum solius filij mei unigeniti, tum collegæ sui & συμφοιτητοῦ magistri Aglionby, mihi multis nominibus charissimi, qui per annum hunc elapsum continuis penè laboribus, & assiduis vigilijs pensū cum auctario absolveret. Interea quantos ego labores sustinui qui omnia perfeci, quæ ad substantiam & integritatem operis pertinent, testes sunt membra corporis torpentia, modo non emortua, sedentario studio & frigore contracta, quibus restituendis balnea naturalia, & alia multa medicamina parum subsidij præstant, sed vires & vitam ob bonum publicum consumere, quæstum maximum duco. Valeas amice Lector, & hos meos labores mihi sanè molestos æqui bonique consule.

E Coll. Reg. Oxon. 6 Cal. Aug.

Tuus non suus

FRAN. de Sacra Quercu.

Admonitio ad Lectorem.

PRæter ea quæ in epistola ad Lectorem antea adnotavi, Paralipomena quædam adprimè necessaria compendiario commemorabo. Barbara à puris vocabula magis curiosè ideo discriminavi, ut Latini sermonis puritatem tyrones ediscerent observare. Sunt autem quædam vocamina mere Græca, quæ Latinæ linguæ autores jure civitatis donârunt. Sunt item alia quę propter Latinæ linguæ inopiam, Romani à Græcis cæterisque nationibus necessario sunt mutuati. Talia sunt artium & disciplinarum vocabula, quarum scientiam Latini seriùs recepere. Hinc nomina morborum, stirpium, radicum, seminum, herbarum, & ex aliis disciplinis multa alia ex Græcis & Arabibus, suam originationem ducunt. Plurima item noviter adinventa, quibus pro lubentia autoris nomina sunt imposita, à Latina lingua prorsus abhorrentia reperiuntur. Barbaræ item nationes & homines Latini eloquii parum periti, quando Latine loqui vellent & verba non occurrerent, barbara vocamina ex suo cerebro excogitata, vel ex Romano sermone male derivata, confidenter usurparunt. Hoc genus vocum spuriarum adeo crevit, ut legitimas numero longe superent. Quapropter cuncta vocabula quæ in probatis autoribus neutiquam sunt reperta, & à flexione Latina aliena, obelo in fronte notavi. Itidemque ea barbara quibus ob purorum defectum, necessitate coacti, utimur, eadem nota insignivi. Sed omnia plane barbara quorum in locum puriora substituere copia conceditur, duplici obelo transfigenda adjudicavi: Vale.

IN FRANCISCI de SACRA QVERCV Dictionarium Etymologicum *Johannis Dovi* Sacræ Theologiæ Doct. carmen.

Ἄξιοι ἀνεῖσθαι πάντες τοι χρησὲ γραφοντες
Βιβλία φιλοπόνους λυσιτελεῦσι νέοις.
Ἄξιον ἀθανάτῳ πέλεται Ὁλώιος ἔπαινος,
Τοῖς φιλολώστοις χρήσιμα ἔργα γράφων. (ΜΑΤΕΙΗΝ,
ΟΥΔ' ΑΝ ΜΟΙ ΔΕΚΑ ΜΕΝ ΓΑΙΩΣΣΑΙ ΔΕΚΑΔΕΙ ΣΤΟ
Λείψω τάσσε ἔξια μέτρα πάνυ.

NOn pumex undas sudat, non carduus uvas,
Nec dabit incultus spicea serta rubus.
Sacra tamen *Quercus*, cur das pro glandibus uvas?
Cur es proventu prodiga facta novo?
Ante dabit Pumex undas, & carduus uvas,
Et dabit incultus spicea serta rubus;
Quam tua delectrix abolebit scripta vetustas,
Te plebs laudabit, posteritasque leget.
Vivit opus, Coopere, tuum (digniſſime Præsul:)
Nec, Calepine, tuus defuit ante labor,
Debetur, Decane, tibi laus magna, Ridere:
Thomam Thomasium fama per alta vehit.
Admiror, *Franciſce*, tuos, *Holioke*, labores:
Te famæ trado, te manibusque teco.
Quicquid Cooperus scripsit, doctusve Riderus;
Quicquid Thomasius vel Calepinus habent:
Cuncta refers. Te sæpe legam, te semper amabo.
Et te defuncto fama perennis erit.

De mutata in melius seculi nostri conditione gratulatio ad *Franciscum de Sacra Quercu*.

DE duro primum nomen, qui, infame metallo
Finxit huic seclo, ferreus ille fuit.
Nam redit in primos seclum hoc ætatis honores,
Tales quos habuit quum tener orbis erat.
Mella quoque exudat, pro glandibus aurea quercus,
Grata Deo, *Quercus sacra*, & amata Deo.
Cui Phœbi laurus, cui myrtus Cypridis arbor,
Frontis & Herculeæ, Populus alta, decus,
Cui Fauni pinus, Bacchique lequacia serta,
Cecropiæ cedat victaque oliva deæ.
O quem te dicam mutantem sorte beata,
Ferrum auro, fulvi divitiisque Tagi?

Joh. Budden L. L. Doctor, & Professor Regius, Novi Hospitii Princip.

In novum opus Etymologicum Carmen.

QUi nova cum antiquis jungendo vocabula verbis,
Innumeros *Modios* exuperare docet;
Huic pueri atq; senes debent Latii atq; Britanni
Quicquid habent etyma, aut nomina quicquid habent;
Da grates igitur siqua est tibi gratia verbis,
Qui legis hæc ista lege licebit agi.

Thomas Farnès, Proto-Bibliothecarius, Oxon.

VArro, tibi tandem valedico, nec amplius ipse
Palleſco chartis, & *Isidore*, tuis.
Luxatos ἑτυμῶν sparsosque recolligis artus,
(Non facit hoc operi *Graiz Minerva* tuo)
Quod pater *Hippolyto*, quod præstitit *Isi Osiri*,
Hoc foliis *Quercus sacra Sybilla tuis*
Dispo suit methodo frondes & in ordine ramos,
Et Jovis & Druidum Quercus id edit opus.

R. P.

Ad Franciscum de Sacra Quercu.

SAcra Jovi Quercus, Francisco sanctior olim
Nemo fuit, mutis sistit habenda fides,
De sacra quercu cum sis Francisce sacerdos,
Atque Jovis summi nomine ræque sacer:
De Sacra quercu quid ni Franciſce vocaris?
Rumpatur Momus, sic tibi nomen erit. * *In Com. Wor. qui nat. F. H.*
Æmula Dodonæ nunc est * Ardenia sylva,
Dum Sacras quercus, hæc ut & illa ferat:
Quotque dedit quondam quercus Dodonai glandes,
De quercúque faber quercea quanta facit;
Tot verbis Etyma & nostros deducis in usus,
Verborum egregius noa minùs ipse faber.
Lexica non solùm comples, sed Pulpita verbis,
Dum populum vera religione doces.
Perge faber deinceps, Perges sacer, effice verbis
Lexica clara tuis, Pulpita clara tuis.
Querceto deprome tuo, quod restet in æyum,
Quercinum robur, daret ut istud opus.
Déque tua quercu faciat tibi Musa coronam
Ævo sacratam, quam fiat sine geras.

Verborum quod monstra domet, vereſq; repurget,
Herculeum nomen Politianus habet.
Sic Ficinus eum verè, sic Scala vocavit,
Herculeus verè nam labor iste fuit.
Cum tu sustineas tales tantosque labores,
Sensum, Etymon verbis restituendo suis,
Quid ni ego te dicam Herculeum? qui verba domasti,
Tot monstrosa tuæ victa labore manus.
Vel potiùs tibi, si speciosa vocabula rident,
Alter Ionius, tu mihi dictus eris.
Quod verbis Hydrâ oppressis, carneque peresa,
Tu lucem dederis, prætuleriſque facem.
Ergo conveniat quando tibi nomen utrunque,
Ulterius famam, & præmia digna feres.

Ro. Burton, ex Ædib. Christi.

PAni cornifero pinus, sua vitis Lacchio,
Clavigero placeat Populus alta Deo,
Phœbus amet vegetam quamvis sub cortice Daphnen,
Sint grata Alcinoo mollia poma suo.
Tu benè connexas lauro, Venus ignea, myrtos,
Selege tuque oleas, docta Minerva, tuas.
At tu docte puer *Quercum* venerare *Sacratam*;
Sit tua, quam mavult Jupiter esse suam.
A Jove principium Musæ, Jovis arbore gaudent
Ipsæ Pierides, Piesidumque pater.
At tu qui primis signans vestigia plantis
Insueto in Latium cœperis ire pede:
Hic tibi sacrata repetas oracula Quercu;
Hic, quæ Dodonam vicerit arbor erit,

Guil. Fletcher.

AD FRANCISCUM DE SACRA QUERCU dilectum confratrem de opere Etymologico ultra eruditione & industria concinnato, Ἐγκωμιαστικόν.

DUm recitas Latiæ numerosa vocabula gentis,
Et vires etymas promptus ab arte doces;
Deficiunt vires in tot præconia Musis,
Et quæ te celebret lingua diserta satis.

Verbula primus homo, formavit idonea rebus,
Res verbis genio conciois ipse tuo.
Quanto res verbis præstant, tua gloria major;
Crede mihi, numen pagina vestra sapit.

Decutit

Decutit autumnus frondes, & gratia pulchræ
Arboris hyberno frigore pulsa cadit:
At quæ de *Sacra* manarunt germina *Quercu*
Nulla dies minuet, frigora nulla prement.
Qui tam multa suis distinxit nomina formis,
Nominibus multis jure colendus erit.

Ὁ ιερὸς γόνος ἱερὰν δρῦα τερπικαρπίνοε θηκεν
Ζηνὶ χρόνῳ ἱερὴ δρὺς μετεπεσσα ἔτευ.
Οὐτε γὰρ ἀνθρώπων γονέη, ἀιώνι χρόνοσε
Ἐκλύσει καρπὸν τῆς ἱερᾶσγε δρυός.

Jo. Wall. Sa. Theo. Doctor, Ex Æde Christi.

In Authorem operis Hexastichon.

Multum *Holioke* tuo Musarum turba labori
Debet, nempe tuo docta loqui calamo.
Nec tu verba doces solùm, sed quæ sit origo
Verborum indigitas, primus & ipse operis
Author eras, hujus nec laudem vindicet alter,
Quod tua collegit, non aliena manus.

In nomen Authoris Dilicha.

Olim umbrosa fuit quercus gratissima Nymphis,
Quercus at est Musis hæc *Sacra* grata magis.

Arbor es & *Quercus* foliisque simillima verba,
Fructibus & plena est Pagina quæque tuis.

Cortice scripta tuo est hæc Pagina, vivida succo
Atque tuo, Radix germinet illa diu.

Arbor es? an liber es? non audeo dicere, libris
Incumbis quasi tu Pagina tota fores.

Tetrastichon.

In qua nympha fuit violat manus impia quercum.
Impune hanc *Quercum* quis temerare potest,
In qua Musæ habitant? miserâ fame plectitur iste;
Sed careat verbis ut roget, alter opem.

Josua Asgil. S. Theol. Doct. C. C. C. Socius.

Sunt tua verba, tuæ voces (*Holioke*) paternâ
Tu stirpe verba, genere tu voces beas.
Tu verba, & primâ voces ab origine pandis.
Suumque tandem repperit Nilus caput.
Verborum, vocumq; Parens Tu rite voceris.
Permitte calamis unicum hoc nostris tamen,
Tu verba & voces scrutare: his vocibus ortum
Perenne, laudes in tuas, Carmen fluat.
Et (si quis rabido minuat tibi Carmine laudes)
Tu Verba, voces pernega, Carmen cadet.

E. L. M. D.

Ad Reverendum Franciscum de Sacra Quercu *hujus*
Lexici Etymologici Authorem Carmen.

Manca diu, mansit Latiis ars Lexica, verbis,
Nemine radices effodiente suas.
Philologis sat erat priscis si symbola rerum
Nôrint, cur signant res, ratione carent.
Sin quenquam sapuit vocum natalis origo,
Insipidus methodo prodiit ille sua.
Sic veteres, *Varro*, *Festus*, sic *Valla*, *Perottus*
Sic *Hispalensis*, *Scaligerique* duo.
Si pissis quæ peperere suis hi tædia libris,
Hæc *Holioke*, labor perdomat iste tuus.
Ordine succincto facilem tu vocibus ortum
Primitus impertis, interitumque suum.
Perficis antiquos, Etymon novus ille magister,
Auxilio fruitur *Martiniusque* tuo.
Sic sacer, antiquis *sacra* de *stirpe* vocatus
Atque novis vigeas, vir memorande, viris.

T. Lan. *Coll. Reg. Soc.*

HAgnus & veteres, & veros inter amicos
Te solum colui, dum mihi verba dares:
Plurima verba dare, & simul omnia Vera referre,
Hoc, Etymon Libri, hæc mens geniusq; tui.

Tho. Jackson. C. C. C. Præsi.

Ad Eruditum Pium Franciscum Holiokum, *mihi operibus suis publicis, Concionibus sacris, alias familiarius notum.*

REtum verba notæ, verborum tanta supellex
Verbo, re doctum, te (*Sacri-Querce*) notat.
Quercus Sacra Jovi, doctissime sancte sacerdos
Sacra Jovi vero publica multa facis.

Tho. Clayton Medic. Profes. Reg. Oxo. Col. Pembr. Magist.

MUlta sub hac *Quercu*, Linguarum oracula nobis
Panduntur: manent (sæcula multa) sacra.

Jo. Bainbridge Med. D. & Astronomiæ Professor Oxonienſis.

PRimus & excellens Etymon Syntagmatis Author
Reddidit incudi, Si vis oppedere, fœte.
Cæcuti? speculum talpæ male convenit: alis
Non opus est asino, nec bos secat æthera pennis.
Vos quibus est mentis vigor, & cœlestis origo
Sit fas affari. Lingua celebrate peritum
Linguis, musarum notum trans æquora Mysten.
Cur non Angle tuis meritos indicis honores?
Ira scor referens, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absiliunt: cerno (nec fallor) acutum,
Dispeream, dignus si non (*Holioke*) videris
Hexaphoro ferri cum Mecœnate supino,
Hexametro pingi, vel si quid dignius illo,
Alite Mœonii versus, Musæve Maronis
Non ejus pennâ qui vult disperdere carmen.

CoLLIgatVs CaVCaso non, Inæ InIqVItate
MarCVrII. Coyntriæ.

(inde:
* qui nemini * Lividus amtruet, olli volgu' redamtruet
non recalcitrat Nil refert; Sociis hic meret æra liber.
τὴν ἰγκεφαλεν
ἐν ταῖς πλέραις κατατεταπημένον φοβῶν. quem verrucosa
Moratur Antiopa, æruminis cor lucificabile fulta.

Ph. White.

Ἐπιλογικὴ Ὀλωκαίε ἐγκωμαστικόν.

Ὡς ἀδὺ μεροπεσσιν ὁμῶς τετελεσμένον ἔργον
Ἀρχόμενόντε πέραγεν! ἐνὶ πρωτοισι Ῥιδήρος
Δύσμορος, καὶ ἀκόμπος ἀπηγητε πᾶσ νὸεσθαι,
Μέχρις τεκτάρεον σᾶξον ΔΡΥΟΣ Ε'ΝΘΕΟΝ Ε'ΡΝΟΣ
Κάλλῳ μεν πρώτον, μετα δη καλφοῦν ἐπεθηκε,
Τέχνης παντοδαπῆς πολυδαίδαλον ἔργον ὁραασθαι,
Ἰδμοσύνῃς πρυτανεῖον, ἑκάστυμα πάντα φαεινόν.
Αὐτὸ καὶ ἱστορίην παρέχει τύπων ἐμαλα φαῦλεν;
Εὐρύχορον κατὰ γαῖαν ἐν ἄστεσι δακτυλοδείκτοις,
Εἰ καὶ τὶς πολυθρυλλος ἐν ἀνδράσιν, ἤπατε σιγᾶ,
Ὄντιν' ἐπανθήσειεν ἀγὰ χρόνον. ἠδε καὶ αὐτὸ
Ἀυσονικὴ γαριτῶσαν ἑρμῆσειν Ἑλλάδα φωνὴν,
Ἑβραίαντε διδαὶη, ἐὰν μὴ βιβλιοπάλαν
Κερδαλέον γένος ἀπιστεῖν· ὀλὸ ῥαρσις ἐρησιν,
Ἄλλων καὶ καθ' ἕκαστον, ὁμῶς πρὸς πάντα παρίζει.

Gerard Langbaine,
Col. Reg.

DICTIONARIUM ETYMOLOGICVM LATINVM ANTIQVISSIMUM ET NOVISSIMUM, NUNC DENUO SUMMA CURA ET DILIGENTIA AB IPSO AUTHORE AUCTUM ET RECOGNITUM.

A Litera ex Græco ἄλφα, idque ex Hebræo אלף hoc a, hujus a, & non inclinatur.

A Græcis est inseparabilis præpositio, quæ usitatissimam habet privandi significationem, sive ex ἀπό, sive ex ἄνευ, M. ab in compositione privationem & remotionem significans interdum perficit significationem simplicis, ut absolvo : servit etiam alii fini, ut gradus cognationum promoveat, ut abavus, sicut Græcis ἀππάππος. Sed a & ab dictiones sunt suapte natura exclusivæ & separativæ Heb. מן min. A præpositio producitur & gravatur in contextu pris. corripitur autem ita, quia, puta, item nominativi & vocativi nisi vocativus à nominativo in as, numeralia in ginta communem habent ultimam.

A fuit nota in comitiis & suffragiis legum, qua se cives repudiare rogationem significabant, nam duæ tabulæ dari solebant in quarum altera uti rogas V R, in altera A. id est antiquo seu antiqua sequor, nova non placent, scriptum erat.

A litera à Cicerone salutaris litera dicitur, quòd nota est absolutionis, ut C. litera tristis quòd nota esset cõdemnationis, & N. L ampliationis, & pro non liquet. A in notis antiquorum Aulus, vel assolet, vel annus, vel absolvo, item pro aut vel agit & pro ager. In Comitialibus Suffragiorum tabellis vim antiquandi, in judiciariis vim absolvendi obtinuit, Briss. AA Augusti vel Augusta ; AA Augustalis; AMS amicus, A N N annos vel annorum, AMM amantissimus A T autoritas tua, ACO accusatio, AM. NT. amicus noster, ANM, anima, AP. Apud. AB abnepos, AD. adnepos, ANT. ante vel antea, ABS. absolutus, ABUC ab urbe condita, A. B. V. a bono viro. AG. Ager, Agrippa, vel Agellius, ago; AC actio ; AUC auctoratus, vel auctoritas, autor vel autoritas. AD Q S R adquæstorem; V. Aurelium Prob. Magnovem, Per. Diaconum, &c.

A præpositio ex ab, idque ex ἀπό apostrophen passo, ἀπ' ab.

A, ab, abs, præpos. ejusdem significationis ; a ante consonantes, ab ante vocales, item ante l r i & S, ut ab seculo, ab Sylla & Pompeio Coss. abs ante t & q. & cum Prisciano ante c etiam ponitur, præsertim in compositione aliq. ante r, ut abs re, i. frustrà. est etiam in comp. ante vocalem ut absens *From, after, of, out of, for, as touching, as concerning, as for, by, at, through, with, in, towards, ever since, against, in comparison of.*

A præpositio prima significatione connotat terminum loci unde aliquid movetur, ut redeo a villa, ab agro, venio ab urbe.

A & ab, interdum per quum declarantur, serviuntque tempori significãdo, ut à parvo te novi, hoc est, cum parvus esses.

A & ab proximitatem loci significant, ut à theatro venit, i. a loco qui est juxta theatrum.

A & ab finitum rei alicujus aut temporis terminum significant, & fere sequitur ad vel usque ad; aut aliquod idem pollens, ut, à principio ad finem, *From the beginning to the end*, à calce ad carceres, *From the end to the beginning.*

A vel ab junctum cum verbis passivis, causam efficientem, sive personam agentem significat, ut victus est à Scipione, i. vicit eum Scipio.

A vel ab pro post vel statim, vel cõtinuò post, ut Plin. dulcissimum ab hominis camelinum lac, *Asses milke next after womans is sweetest*, Coop. cujus à morte hic tertius est annus, *from, since, or after whose death*, A jentaculo, *after breakefast* ; a tergo, i. post tergum, retrò, ponè, a partu, i. post partum.

A vel ab pro de vel ex, Plaut. ab ostio omnia isthæc audivi, *I heard all this standing at the dore.*

A vel ab pro ob quod est pro utiq; cum his verbis, fuit, sto, facio, dico, ago & similibus, à senatu stat, *Hee takes part with the Senate*, Dicere ab reo, *To speake on the behalfe of the party accused*, Hoc totum est à me *All this maketh for mee*, a nobis facit, *It maketh for us.*

A vel ab, à parte vel ex parte, ab Romanis tubæ cornuaque recinerunt Liv. *on the Romanes side*, à quæstionibus, à testibus, à voluntate, i. defensor quæstionum, castrum, & voluntatis alterius, ab aliquo solvere quis dicitur, si qd. ipse alicui debet, id curet, ut alias pro se ac nomine suo solvat: ab aliquo possidere, pro possessionem ab aliquo certo nactum esse, alicujus certi hominis possessionem obtinere.

A & ab pro ἕνεκα sive pro quod pertinet ad. Cic. imparatus cum à militibus tum à pecunia, *Unprovided as well of Souldiers as of money*, à me pudica est, *she is chast for mee*, Otiosus ab animo, *Idle minded*, Doleo ab animo, doleo ab oculis, *I am grieved in my minde, I am grieved in mine eyes, or to see it.*

A & ab cum ablativo personæ eleganter domicilium significant, ut à judice venio, hoc est, à domo judicis, *From the Judges house.*

A vel ab pro versus Plin. quod à sole fuit, *That was toward the Sunne* à parte Aquilonis, *On the North part*, à dextra, *on the right hand.*

A pro propter, Ter. à meu infamiæ, *Through, or for feare of infamy*, Plin. à sole doler, *it aketh by reason of the heat of the sunne.*

A vel ab nonnunquam ponitur pro cum, à potu quidam prandium incipiunt, Plin. *Some begin their dinner with drinke*, à fronte & à tergo, Cic. *afore and behinde*, à pectore denudari, Cic. *To have their breast bare*, Ab illo friget, *in comparison of him.* Gel.

Ab pro ergo, ab innocentibus clementissimus, Cic. *Mild gentle and merciful towards infants.*

Quandoque pro præter sive contra id quod notasse non ab re est, Plin. *it is not besides our purpose.* ab re contra commodum, ab re consulit, Plaut. *He giveth unprofitable counsell*, Liv. ab re pro ob eam rem.

A vel

A vel ab pro contra ut nonnullis placet, ut Virg. defendo à frigore myrtos, *against, or from the cold*, Ab eo pro ejus, Ter. abibo atque ab eo gratiam mibo, i. ejus gratiam.

A vel ab separationem signi. Ter. ita tum discedo ab illo, *I depart from him.*

A præpositio officiorum & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis aut dignitatibus funguntur, à studiis dicitur esse qui præ eruditione & doctrina sua præest studus alicujus, puta principis. Ab Epistolis, ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, sive ut accipiat, sive ut ad illas respondeat, *a secretary* à memoria, *A remembrancer*, à cõmentariis, *One that keepeth the Princes Register, or Chronicle of Acts.* A Libellis, *A maister of the Requests*, à manu servus, i. amanuensis, *a Clerke at hand alwaies to write.* A rationibus, *an Auditor.* A pedibus, *a page or footman*, A secretis, *a Secretary of State*, A cubiculo, *of the bed chamber*, A caliculis, ὁ πρὸς ταῖς κύλιξι, qui præst caliculis, *A Cup bearer*, Ab actis, *Registers, Clerks of the assise or peace.* Ab reo pro defensor & patronus rei. ab intestato, i. sine testamento. ab hoc, i. posthac. abhinc centum annis, i. centesimo abhinc anno, ab ovo usque ad mala, i. ab initio usque ad finem. ab illo utitur, qui alicui rei suæ usum ademit. Ab aliquo possidere, itinere, actu, ab aliquo uti, ab aliquo aquam ducere, non hoc signif. i. ab aliquo possidendi, eundi, agendi, ducendi jus causamq; habere, vel etiam ejus voluntate possidere, sed potius alicujus inviti vel fraudati possessionem tenere, per alicujus fundum ire, agere, ex ejus prædio aquam ducere. Ædificatum ab aliquo habet, qui in alicujus licet non consentientis solo ædificium posuit, Sic ab aliquo fundum pro hærede possidere, ab aliquo uti re quapiam dicitur, qui illi præcisè rei suæ usum ademit & retinet. A me solvere, i. de mea pecunia dare. Titio persolvere, i. de Titii nummis persolvere. Ab aliquo igitur persolvere, solvere, dare, repræsentare, numerare, vel suppeditare est pro aliquo vel nomine alicujus, vel etiam de nummis alicujus solvere. ab aliquo possidere, ab aliquo uti, i. possessionem & usum ab aliquo nactum esse. A certo hærede legare, certo hæredi ut legatum aliq. præstet, mandare sic ut ab illo debeatur solo. A filio legare, i. ita legare ut legatum non nisi à filio accipi possit. à liberis, i. quamdiu liberos habebit.

Ab aliquando pro ex, ut ab aliqua liberos procreare, i. ex aliqua. A matre recentes liberi sunt recens nati: A cura præstantior, Suet. sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore quã à cura præstantior haberetur. à propinquis opem ferre clienti, i. adversus propinquos, Gel. Esse à milite Macedonio, ab eo missus vel ex ejus familia, Plaut. à sole mitescere uvas, Gel. in honore summo est & ab summis viris, Plaut. a Placentia, à Puteolis, i. placentinus, Puteolanus, Cæs. à moribus, à viribus, à fortuna probare milites, Cæs. à Menandro mutat Cæcilius, i. præ Menandro, Gel. A duumviro, pro imperio & permissu duũviri. A capite arcessere cum res ab eo repetitur quod est in negotio præcipuum. à capite ducere, i. ab origine, à subjecta materia, significatio verborum accommodanda est (quoad licet) ad qualitatem subjectæ in negotiis materiæ. à Milone reus, i. Milone accusatore. à pecunia valere, i. ad pecuniam quod attinet. à valetudine inoffensa vivere, Gel. pro ob, Ovid. tempus & à nostris exige triste malis, i. ob nostra mala, Plaut. à scene foris crepuit, i. scenis fores, ab auro fulgor, i. auri fulgor. ab re, i. frustra. à re tua i. propter utilitatem tuam. dum ab re ne quid ores, i. contra honestum & justum. à transenna turdus lumbricũ petit, i. cum periculo. Pla. Bacch. act 4 sc. 5. à transenna cibum petere dicitur qui periculo est proximus, est autem transenna in tendicula pedica, sive funiculus extentus ex eo apta machinula, quæ adhibetur ad turdos capiendos. à me sentit, i. pro me. Plaut. ab ingenio est improbus & timidus. Plaut. A. T. M. D. O. aio te mihi dare oportere. personalis actionis fuit formula. Valer. Prob. aliq ponitur pro per vel propter ut à se cantat cuja sit. Pl. i. per se, &c. V. Cal. & Calv. lex Jur. & Jun. &c. Sunt & multæ aliæ harum præpositionum significationes à lenone manu asserere, *To deliver from the possession of the bawd by force.* Plaut. ab illo tibi solvam, Cic. *I will receive money and pay you.* Instructus à Philosophia, Cic. *Well learned in Philosophy.* Invictus à labore, Cic. *Whom no labour can overcome.* Ab exule prope esse, Tacit. *To be in case very nigh to bee a banished man.* Ab amore scribere, Cic. *For very love to write.* A matre pullus, i. recentes è nido accepti, Col. & 5.

A & ab eleganter utimur cum his dictionibus usque & prope. Cic. usq; à Capitolio. *Even from the Capitol.* tam prope ab domo: Cic. *So nigh from home.* Testamento legat grandẽ pecuniam à filio, subintellige tradendam, *gives him a great summe of money to be paid onely by his sonne, if he have any living.* &c. In compositione hæ præpositiones a, ab, & abs, significant separationem & privationem, sive ab ἀπὸ, sive ab ἄνευ, à cum m & v consonante solum connectitur ut amoveo, amens, avello, ab cum a, d, e, f, i, l, n, o, r, & u, ut abactor, abduco, aberro, abfore, abjuro, abjacto, abnuo, abortior, abrogo, abundo, duo sunt ex ab præpositione compositæ quæ euphoniæ causa b mutant in u, aufero, viz & aufugio. Interdum idem valet quod extra, ut abduco, aliqu. idem quod contra, ut abusus (contra usum sig. separat, ut abduco, vel priv. sæpe ut absimilis non similis.

Ab vide A præp.

Ab præp. verbis juncta quæ auferendi vim habent mirum in modum auget, ut abjicio, abhorreo.

Ab in comp. aliq. complet significationem, ut absolvo, abnumero.

† Aba, Latinis est, quod Græcis ἄτται, compellatio quã apud veteres junior ad seniorem fratrem utebatur sic voce ἄτλα. Junior compellabat seniorem, vel parentem, pro ἄτλα. Callim. ἄππα, sic soror sororem voce ἄππα affabatur, ducitur ab אבה abah, quod est Syris dilexit, aut ex אב Ab, pater Syr. אבא Abba, pater: ætate enim graviores sunt tanquam nostri patres, frater autem major aba dictus est, quia in eum præcipua abi, i. patris dignitas transfertur. ita primogeniti erant familiarum, seu secundi patres, M. Glos. ἄτλα.

† Abacion, p. c. βάκιον dim. est à nomine Abax cujus significationem vide in abax.

Abactus, us, m. g. ἀπελασία מדוח mduch, pro violenta expulsione. *A driving or stealing away of cattell.*

Abactor, oris, m. ex abigo, ἀπελάτης, Isid. *A stealer or driver away of cattell*, v. Abigeus.

Abactus, a, um, ἀπελαθείς, מדוח mduch. *Driven away by stealth or force, deposed, expelled.* Abacta paupertas epulis regum, *Poverty banished from Princes tables.* Abacta nox, pro exacta, abactus venter, id est aborsus, Paul. abacti magistratus qui coacti deponebant imperium, Fest.

Abăcus, ci, m. ex ἄβαξ ἄβακος, ex α & βάσις, i sine sustentaculo, Abacus מית *A seat or bench, a square table of stone set upon the chapiters in building*, Plin. *a place made in building of stone to sit on, a seat or bench of marble* Vitr. *also a counting table, such as Auditors or Astronomers doe use, the art of counting, a cheese board, or playing tables, a dresser*, Macr. *a Cupboord.*

Abăculus, li, m. dim. ex abax. *A little table or dresser, &c. also a counter to cast accompt*, Plin. 36. 26. ἀβάκιον.

† Abaddon, ἀπολλύων, perdens, ex אבר.

† Abagio, onis, Var. l. 6. id. quod adagium,

adagium, abagio dicta ab eo quod ambitorationem quasi ambagio, neq; in una aliqua re consistit, Var.

Abaliēno, as, ἀπαλλοτριόω, הזר hezir, נכר nchr, (ex ab & alienus) quod nostrum erat, alienum facio, vendo, disiungo, separo. *To alienate, estrange, reject, separate, sell,* qui alienam rem vendit.

Abaliēnor, aris, pass. *To be alienated, &c.*

Abăliēnatus, a, um, p. מוזר muzar, ἀπηλλοτριωμένος, abalienatus dicitur quem quis à se removit, alienatus qui alienus est factus, Fest abalienata membra, i. emortua. *Alienated.*

Abaliēnatio, onis, f. abalienatio est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, V. Jurisconsultos. *An alienation, &c.*

Abambŭlo, as, Fest. ἀπέρχομαι, *To goe away or apart,* Abambulans, p. abambulantes, abscedentes, Fest.

Abămĭta, æ, f. ἡ Θεία πρὸς πατρὸς μεγάλη (ex ab & amita, est soror abavi) Just. lib. 3. *The great grandfathers sister.*

† Abanet, vel abnet, vel abanec, Isid. abanes, Isa. 22. 24. ex אבנט *A girdle that Priests wore.*

Abannātio, mendose abannitio, onis, f. g. (ex ab & annus) unius anni exilium, propter voluntariam cædem admissam, *A banishment for a yeare.*

Abannatus, vel abannitus, a, um *banished for a yeare,* Abanniti qui in annuum exilium missi sunt. *Banished men.*

† Abaphus, i, m. ex α privat. & βάπτω tingo. *Not died or coloured.*

Abaptistum, ti, n. Cel. ἀβάπτιστον ab α priv. & βαπτίζω, mergo. *An instrument which Chirurgions use, having a gagge that it cannot goe too deepe,* inde dict. Cels. ἀβάπτιστος.

† Abaptistus, a, um Gr. ἀβάπτιστος *That will not sink or be driven under the water or sinke deepe.*

Abarceo, es, ui, ere, citum, (ex ab & arceo,) Plaut. *To prohibit or put from, to forbid.* Alii legunt abeerceo.

† Abar, ἄβαρ. *A kinde of Marchpane,* placentæ genus abaraces, Gr. placentæ & mazæ quædam.

† Abare, Auson. ex aba. Abare autem est ἀδελφοποιεῖσθαι, i. ἄδελφον καλεῖν ἢ τιμᾶν ὡς ἄδελφον. *To call brother, or honour as a brother.*

† Abarca, rectius abarcæa, ἀβάρκεια festa fuerunt, vel potius sacra à Dionysio Caprii filio, & Asiæ rege instituta, dict. à taciturnitate qua hæc sacra celebrantur, ἄβαρκος taciturnum sign. sed legendi sabarcia.

† Abartia, æ, f. ἀπλησία. *Unsatiableness,* V. Lex. Græc.

Abarticulatio, onis v. Dearticulatio.

Abas, bardus & sacer morbus, Ter. V. Lex Gr. Crisp.

† Abastra solia vitis, M.S.

Abăvia, æ, f. ἀπροάππη (ex ab & avia) mater proavi. *The great grandfathers or grandmothers mother.*

Abăvus, vi, m. ἀπάππου dicitur quia abest ab avo, & est avus, avi, ex Fest. *The great grandfathers father.*

Abăvunculus, li, m. ὁ Θεῖος πρὸς μητρὸς μέγας דוד (abaviæ frater, Isid. *The brother of my great grandfathers mother.*

Abax, acis, ἄβαξ κυρίως ὁ μὴ ἔχων βάσιν, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ὁίας δήποτε τετράδος, γίνεται δὲ παρὰ τὸ βῶ τὸ βαίνω. Abax propriè quod non habet pedem vel pedimentum abusivè pro quavis tabula, abax usurpatur item pro solis latitudine eadem ratione qua discus. *A table or dresser,* V. Abacus.

Abba, vox Syriaca, אבא abba ex אב ab Heb. *A father.*

Abbas, κοινοβιάρχης, cœnobiarcha, collegii magister, antistes cœnobii, archimonachus, *Also a Prince.*

Abbas, ātis, p. long. m. g. ex אבא Syr. id quæ ex Heb. אב pater. *An Abbot,* κοινοβιάρχης.

Abbatia, æ, f. g. vel Abbateia, dignitas Abbatis. *An Abbey, or Abbotship,* Ἀββατεία.

Abbātis, tis, m. *A horse.*

Abbatissa, ἀρχιμανδρίτης, f. g. *An Abbesse,* antista cœnobii.

Abbrĕvio, as, Veget. βραχύνω קצר kutsar, *To abridge or make short.*

Abbreviatura, æ, f. abbreviatura instrumentum est notarii non extensum, Burt. *A briefe writing briefly drawn, an abridgement or briefe of a thing.*

Abderiticus, a, um, al. leg. abderitius, a, um, ex Abdera oppido. *Foolish, mad, senseleſſe, stupid,* abderitica mens, i. stupida & insana, *A blockish understanding,* Abderiticum imperium, ubi quis fortunam tenuem, sed cum libertate conjunctam anteponit amplis opibus sed obnoxiis servituti, ab Abderitis populis Thraciæ.

Abdicarius, a, um. *Negative.*

Abdicatus, a, um. *Quite forsaken, disinherited, rejected,* v. Abdico, ās.

Abdĭco, as, pen. cor. amoveo, repudio, rejicio, imperium depono, נדש ἀποδοκιμάζω, ἀποκηρύττω, abdico est non amplius dico, i. non tribuo. *To reject, to refuse, to forsake, to expell, or put out of favour, to resigne an office, to cast out of his favour, to disinherit, to forbid, to give over, to denull, to deny.* abdicare filium dicitur pater, quem adhuc vivus, bonis & omni jure filii privat; abdicare se scripto dicitur, qui desiit scriba esse & scripta facere, Gel. 6. 9. sic magistratu se abdicare, *to relinquish or give over his magistracie,* Plin. 20. 3. Democritus in totum rapum abdicavit in cibis. *Forbidde to be eaten any way at all,* laurus manifesto abdicat ignes crepitu, *The bay tree by the cracking of the leaves sheweth that by nature it cannot agree with the fire,* Coop. ex Pl. abdicare est familia abjicere, nam abdicare quasi non dicere, i. negare filium vel rem quamlibet, Fest. abdicare & dedicare apud Apul. est negare & affirmare, unde abdicativus, a, um, i. negativus, abdicamus filios vivi, h. est, privamus omni jure filii, exhæreditamus post mortem, abdicare se præles dicitur, qui ante diem munus suum deponit, Prisc.

Abdĭco, is, xi, ctum, ĕre, pen. pro. ἀποτίθεμαι, ἀναπίθεμαι, הדחיק hirchik, חגר thegneb, repudio, fig. abjudicare & decreto recusare & denegare. Abdicere vindicias ab aliquo Pomponius dixit, pro abnegare & recusare: cum olim tribus verbis in decretis suis uterentur, do, dico, abdico, sicubi secundum aliquem vindiciæ dicerentur, ab altero abdici dicebantur. Eadem vox Augurale est verbum & signif. rejicere, repudiare, tunc enim aves abdicere aliquid dicuntur, cum aliquid nunquam futurum, aut infœliciter cessurum significant, addicere contra, cum aliquid fœlicitèr cessurum pollicetur, Abdicere quoque verbum juris est, idem significās quod decreto recusare, aut litem contra aliquem dare, & rem alicui abjudicare. *To deny, or forsake, to forespeake, to cast off or renounce, it is put sometimes for* Abdicare.

Abdicatio, ἀποκήρυξις. *A renouncing, or utter rejecting, or casting off, a denying to be his sonne,* Abdicatio magistratus, dictaturæ, cùm magistratus ipse deponitur. Liv. Abdicatio opponitur adoptioni & dedicationi.

Abditivus a, um, abditivi, abortivi, Fest. ab abdo, cui contrarium indo, Gloss. abditivus ἀποσπασθείς, Scal. ad Fest. *Separate, disioyned,* abditivus à patre Pl.

Abditamentum est detractatio, & deductio precii ex abdo, i. demo, Mar. cap. 5. ex Spieg.

Abdo, is, didi, ditum, ĕre, הסתיר histir, κρύπτω ex ab & do, abscondo, occulto, obtego, retrudo. *To hide, keepe close or secret, to banish.* Abdere intra vestem, abdere sub terram, abdere domo, i. in domo, & domum se abdidit, Ci. Rus abdidit sese, abdere aliquem in insulam aliquam, *to banish one into an Island,* Coop. ex Tacit. Abdo, *To hide keepe close or secret,* In Ægyptum nos abdemus, id est, occultandi gratia nos in Ægyptum recipiemus. Dicitur etiam abdere se literis, vel in literas, ex consuetu heri se abdere. *To keepe close to his studies and never to goe abroad.*

Abdor, eris, passi. *To bee hidden, &c.*

Abdità,

Abdite, ἀδήρα, κρύβδην, κρυφίως, בסתר bister, *Secretly, privily.*

Abditum, ti, n. g. gr. κρύπτος, τόπος מסתר misther pro loco occulto, Plin *A secret place.*

Abditus, a, um. *Hid, secret, &c.*

Abdōmen, inis, n. g. ἐπιγαστριον, λαπαρὰ ὑπογάλιον, quod sub umbilico est ad pubem, dict. quod abdi soleat, aut quod alimenta in id abdantur, aut intestina ibi sint abdita, sumitur καταχρηστικῶς pro quavis ventris pinguedine, ponitur & pro gula & ventris ingluvie. *All that part of the belly which is betweene the ribs and the privy members, consisting of skin, fat, and muscles.* Ponitur & pro sumen, Glo. abdumen. Abdomen insaturabile, *An insatiible Paunch, a great eater,* Abdomini natus, i. ventri & gulæ, *Borne onely to feed and eat,* abdomini indulgere, inservire, operā dare, *To give ones selfe to belly cheere.* Abdominis voluptates. *Pleasures of the belly.*

Abdūco, is, p. p. xi, ctum, ere, removeo, aufero, abstraho, averto, trado. ירד tsagnah, תחבה hebia, Abducimus autem sine vi, aut per vim, ἀπαγω. *To lead away by force, or flattery, to intice, to take, to pull or draw away, to withdraw, to take with, to take aside, lead out,* sine vi, tum me cōvivam solum abducebat sibi, *took me alone with him and none but me.* Per vim abduci proprie mulier dicitur a marito cum divortium fit. fide abducere, pro revocata fide præstanda. Diom. abduco tibi pro abs te. Cic, familiam abduxit, pecus abegit, *He led away by force,* abducere de hominibus dicitur sicut de pecoribus abigere. Calv. & abducimus invitos ad id quod alienum est, ducimus autem volentes. Abducere uxorem à viro, *To make the wife forsake the husband,* Abducere à re aliqua hominem & ad alia traducere, abducere caput ab ictu, *to turne his head away from the stroke,* v. Steph. & Coop. abduce pro abduc, Ter.

Abducor, eris, p. *to be led away, &c*

Abductus, a, um. p. *Led away, &c.*

† Abecedarium, ii, n. verbum fictum ex a, b, c. *The crosse row, or alphabet, the abece.*

† Abecedarius, ii, m. dicitur rei literariæ tyrunculus, qui adhuc in literis cognoscendis hæret, ἀλφαβητικὸς accipitur item pro eo qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, vel pro eo quod alphabetico ordine digestum est. Abecedarium quoq; præceptorem rectè dixeris qui prima docet elementa, V. Cæl. Rhod. 26. 28 & Calep. *He that learneth or teacheth A, B, C. or setteth any thing in that order.* Cæl.

Abēdo, is, exedo, absumo, אכל achal, κατεσθίω, *to devour, to eate up all.*

Abēmo, is, קח lkch, Plaut. F. est. abemo significat demitto, vel aufero, Emere enim antiqui dicebant pro accipere. Cæl. abemo comp. ex ab & emo, signif. adimo, ἀφαιρέω qd dictū videtur pro abimo. *To take away.*

† Abellina, æ. f. g. ex Abella oppido dict. V. Avellana.

Abena, v. Habena.

Abeo, is, ivi, vel ii, itum, ire, discedo, הלך halach, חוד hazal, ἀπέρχομαι. *To goe away, to depart, to perish,* abeo pro habeo antiq. Aliquando abire dicitur pro effluere & ejabi, παρέρχεσθαι, menses abierunt decem, i. effluxerunt, Cic. hoc poterit fortasse non sic abire, interdum pro pervenire, in quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum. Item pro deserere & relinquere, ut abire à magistratu, vel abire magistratu, abire ab emptione, id est, deserere magistratum, deserere emptionem. abire incœpto, i. ab incœpto desistere. Abire è medio, idem quod mori, abire è vita idem denotat, item motum ad locum quo est iter, quamvis & motum de quo inclusum habeat, ut quo abiit? quo tantum mihi dexter abis? oppidum in villas abiit, i. ex oppido factæ sunt villæ, Fabius in vulnus abiit, i. pronus cecidit in vulnus: abire sub jugum, id est, subire jugum. Aliquando, hortantis & incitantis, Ter. patrissas, abi, virum te judico, præsens malum abiit in djem, i. in aliud tempus, Abire vel ire increditum, *to goe into debt, to borrow.* V. Cal. ex Horom. abire in vanum, pro evanescere, abi tacitus viam tuam, Plaut. *Goe thy way and say nothing.* abire pessum, Plaut *to decay or goe to naught, to run headlong, to goe to mischiefe.* jam abiit fides, *now it is not believed,* abire ad vulgi opinionem, *to condiscend to the common peoples opinions.* Abiit, i. periit, fuit, vixit, i. mortuus est, V. Scal. ad Fest. abi etiam per contemptum dicimus, abit pro abiit. Ter. semper dixit.

Abequito, as. Liv. *To ride away.*

Abercēo, es, vide Abarcēo, ἀπείργω. *To keepe back.*

Aberro, as, erro, digredior, via deflecto, תעה thagnah, ἀποπλανω, ἁμαρτάνω. *To erre, to wander, to goe astray, to misse, to depart, to digresse or differ from the exemplar,* aberrare à janua vel à sera, dici solitum ubi quis penitus aberrat à vero, totoque fallitur judicio. aberrare conjectura *to erre in conjecturing,* Coop. ex Cic.

Aberratio, onis, f. digressus à recta via, metaphoricè perfugium, מנוסה madduach, ἀποστάσις, ἀποπλανησις *A wandring forth of the way, an erring or going from.* aberratio per Metaph. à Cic. aliam aberrationem à molestiis nullam habemus. *We have not any other recreation or withdrawing our mind from beeing sad,* Coop. ex Cal. ex Steph.

† Aberunco, lege averrunco.

Abfore futur. ex absum, signif. abfuturum esse, ἀπέσεσθαι. *to be absent &c.* sic abforem pro abessem.

Abgrego, as, avi, ἀφορίζω, חפר (ex ab & grege) Fest. abgregare est ab grege ducere, ādgregare ad gregem ducere. segregare ex pluribus gregibus partes seducere, unde & egregius dicitur è grege lectus: quorum verborum usus non mirum si ex pecoribus pendet quum apud antiquos opes & patrimonia in his præcipuè constiterint, ut adhuc etiam pecunias & pecunia dicimus. *To separate, sever or scatter, to lead on, carry away out of the flocke.*

Abgregātim. *Dispersedly.*

Abhinc, antehac, מעתה megnattah, ἥδε ἀπὸ τῆδε ἐνθένδε, jungitur tam accus. quam ablativo. Abhinc triennium, i. ante tres annos. Abhinc de futuro temp. dicitur, Seque ad ludos jam inde abhinc exerceant, item qui abhinc quadraginta annos occisus foret, abhinc annis amplius 25. *Twenty five yeares agoe, henceforth, from hence, before this time.*

Abhorreo, קוץ shakats, rejicio cū horrore, ἀποσαλέομαι, ἀπαλλάτομαι, abhorrent inter se orationes, i. dissident, Liv. parum abhorrens famā, Liv *he made no account what men said of him.* Abhorret ab auribus vulgi, *it is not agreeable to the peoples eares, the people will not heare that.* Illud abhorret à fide, i. incredibile est, Item abhorret à veritate, *it is cleane contrary to truth,* Abhorreo ab hac re, i. alienatus sum, vel procul esse volo, hanc rem abhorreo, sign. execror & pati nequeo abhorrere ab re uxoria. Abhorreo, aspernor, fugio, dissentio, discrepo, alienus sum à re aliqua. vitiis abhorrere, Abhorret facinus ab ille, Cic. *It is not likely that he will commit such a detestable act.* Nam omnino alii talibus vitiis abhorreant, Cic. Abhorrere animum huic video à nuptiis. *He detests marriage in his heart, his mind is farre from marriage,* Abhorreo. *To abhorre, to refuse, to avoid, to despise, to disgrace, to be unlike, to disagree.*

Abhorrens, tis, p. abhorrētes lachrimæ, *Faine weeping.* qui tamen risus nequaquam adeo est intempestivus, quam vestræ absurdæ & abhorrentes lachrimæ, Liv. *Abhorring, detesting, disagreeing,* Coop. ex Cal. ex Liv. abhorrens simpliciter, alienus à ratione & consuetudine, ἀπρεπὴς, ἐκμετρὸς.

Abhorreseo, is, valdè horreo, ἐκπλήττομαι. *To feare greatly, to hate, to disdaine, to abhorre, to detest.*

Abhortor, vide Dehortor.

† Abia. *A Lord,* abiaticus nepos.

Abjectè pro contemptim, & abjecto animo, ἀνυπερμένως, *Without heart, as in despire, disdainfully, faintly, miserably, contemptibly.*

Abjecto, as, frequentèr abjicio, ἀπορρίπτω, *To cast often away with disdaine.*

Abjectio, ōnis, f. g. animi dejectio & contemptus sui, ἀποβολὴ, ἀκαθαρσία, ταπείνωσις, ἀδυμία. *Basenes of minde, a casting away, despire, contempt of himselfe, faint heartednes.*

Abjectus, a, um, part. ἀπερριμμένος, κατεζεβλημένος, ταπεινὸς φρονῶν, נדוי : *Cast away, rejected, cast downe, contemned, cast downe in minde, almost desperate.* Ovid. udis abjectus in herbis, id est, prostratus. Abjecta cūctatione, Cic. *without delay*

Abjectus, a, um, nom. inde abjector, abjectissimus, &c. abjectus, id est, jacens, summissus, contemptus, afflictus, animo fractus. *Base of courage, almost in despire, nought set by, cast off, laid aside, prostrate, base, nothing worth, dejected, abject, despised, contemned.* abjectus homo, Cic. *Nothing esteemed, an Abject.* humilis & abjecta oratio, Cic. abjectus animus, *a faint heart, a base courage.*

Abiecula, æ, fem. gen. ex abies, Col. ἐλάτη, *A little firre tree*, v. Cal.

Abiegnus, a, um. ἐλάτινος, quod factum est ex abiete, ut abiegna trabes, lachryma abiegna, resini oleosa, ῥητίνη ἐλατίδος latex abietis, *Turpentine.* Iun.

Abiens, entis, part. ex abeo, ἀπερχόμενος, *Going away, leaving off, departing.* Cic. abiens magistratu, i. deponens magistratum.

Abies, ētis, f. g. ברוש berosh, ἐλάτη ab ἐλάω prolongo, sic abies dict. ab eo, quod in longitudinem it. *A firre tree, also a speare made of firre, a ship or planke of a ship.* Abies pro tabellis usurp. Plautus. abies, metonym. pro re facta ex abiete.

Abietārius, a, um. *Belonging to firre, of firre.* Inde abietarius, faber lignarius ab abietibus. Fest. Abietaria negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet, ab abietibus coemendis (& abietarius negotiator Calep.) adhæc Scal. mallem abietaria negotiatio, quam materiationem nunc dicimus.

Abietinus, a, um, V. abiegnus.

Abiga herba, ab abigendo partu, alii malunt ajugam (sed ineptè ut inquit Coop.) abortus excitare solet, dum educit ea quæ sunt in utero. Est etiam armatura conceptus Alberto tertium involucrum fœtus, quod à partu ipsius suum lotium abigat, i. fœtum ab eo tueatur, v. chamæpitys.

Abigĕātor, ōris, idem quod abigeus.

Abĭgĕātus, us, m. g. ex abigo, Marcel. ipse abigendi actus sive crimen abactionis, ἀπελασία, *a driving away, a stealing of cattell, theft.*

Abigena bos, Varr. Abustum quod circum ustum est, ut abigena bos apud augures; quam circum aliæ hostiæ constituuntur. Fortasse legend. ambigena, ambustum, Cal.

Abigendus, a, um, Ovid. *Due to be rejected or expelled.*

Abiges, ētis, & abiger, ĕri, v. abactor.

Abiges, is id. quod abigeus.

Abĭgeus, ei, qui & abactores à Paulo, à Græcis ἀφωπλάτης appellantur qui pecora abigunt βουλάτης. Abigeos autem à furibus quantitate, seu numero discerni traditum est, nam qui ovem unam, suem unam surripuerit, ut fur coercetur, qui gregem, ut abigeus. *A stealer of cattell out of the Heard or Fold; A stealer of a company of cattell.*

Abĭgo, is, ēgi, actum, ĕre. (ex ab & ago) ἀπελαύνω, ἀφαιρέω, propriè est pecus aut greges abduco, sive vi id fiat, sive dolo והדיח hiddich. נהג nahag. hinc me abegerit odio suo, Plaut. abegi jurgio uxorem ab janua. idem nonnunquam ponitur pro agere sive propellere, ut fit quum boves in pascua mittuntur. Signif. præterea abigere, rem nobis odiosam aut molestam propellere & fugare נדח ndch, הנד hnd. השיב hshib, ἀφαιρήσομεν abigimus quæ ubi accesserunt expellimus, arcemus quæ prohibemus ne accedant. Item pro arcere, abigere partum, i medicamentis fœtum jam conceptum expellere. *To drive away, to expell, to forbid, to cast off, to drive away by stealth.*

Abjicio, is, eci, ectum, ĕre, (ex ab & jacio) projicere, deponere, והשליך hishlich מאס maas, ἀφίσθαι, ἀποβάλλω, ἀπορρίπτω, *to despise, or disdaine, to make no account of, to powre out, to give away contemptuously.* Est etiam hoc verbum, aliquando humilis, & contempti supplicisve, unde abjicere se ad pedes alicujus, est supplicitèr ante pedes ejus procumbere : à quo precibus aliquid conamur impetrare. abjicere sese, i. deprimere seipsum, & pavi pendere, ταπεινὸν ἑαυτόν. abjicere hastam, idem est quod desperare. Transfertur etiam ad res animi, accipiturque pro deponere, expellere, amovere, ut abjicere amorem, abjicere spē, sive animō, hoc est, desperare, abjicere curam, hoc est, curam deponere.

Abjicior, pass. *to be, &c.*

Abjiciendus, a, um, *due to bee cast away.*

Abiisse pro adiisse, alii leg. obiisse, rectius, quod obitio pro morte usurp. Fest.

Abindè, adv. V. inde.

Abinsperatò, V. insperatò : *on a sudden, unlooked, or not hoped for.*

Abintegrò, adv. ex ab & integro: ἐξ ἀρχῆς, ער gnud, *afresh, anew, from the beginning againe.*

Abintestatò, adv. sine testamento, ἀδιαθέτως, *without will or testament*, hic ab intestato decessit, *he died without making his will, intestate.* abintestatò succedere, *to inherite as next of kin, by vertue of administration, without having a will.* Coop. ex Afran.

Abintrà, & abintus, adv. *from within.*

Abŏtos, gr. nomen habet ab occidendo, V. cicuta. dict. quod capite damnatis cum vino misceri solear, nam ἀβίωτον, Gr. mœstum sig.

Abitio & abitus, pro discessu.

Abitio, abitus, discessus מנת masang לכת lecheth, ἀποχώρησις, *a going away, a departing*, item abinitio, mors, cum è vivis abitur. Veteres ἀποφημίζειν ita vitabant in mortis mentione, ut dicerent vixit, & fuit, Scal. *death, passage.*

Abitur, impers. *They are gone.* Plin.

Abĭtus, us, m. g. idem quod abitio

Abjudicatus, a, um, partic. Liv. *given away by judgement.*

Abiūdĭco, as, ἀποδικάζω. (signif. rem de qua controversia est per judicium auferre & alteri addicere, unde ager abjudicatus à Liv. dictus quem Romani per iniquum judicium intercepterant, eripuerantque. aliquando ponitur pro repudiare, sive rejicere, *to reject*, Pla. Abjudicabo me à vita, i. vitam mihi adimam) *To give away by judgement, to refuse to give up.*

Abjuges hostiæ videntur dici, ut injuges jugum non expertæ.

Abjŭgo, as, ἀπεζεύγνυμι, abjugare bovem, i. a pari disjungere, per translat. sign. separare, alienare, ἀπεχωρίζειν Paeu. *To uncouple, to put asunder, to estrange, to unyoke.*

Abjŭgus, a, um, sine jugo.

Abjunctum, V. abgregatim.

Abjungo, is, xi, ctum, ĕre, פרך parad. disjungo, separo, removeo, sejungo, διαζεύγνυμι, ἀποχωρίζω, *to sever, to disjoyne, to separate, to remove.*

Abjurasso, antiquum verbum pro abjuro, ut levasso, pro levo, Cal. hujusmodi voces non sunt indicativi, sed subjunctivi modi; est enim, abjurasso, pro abjuravero, &c.

Abjuratio, onis, rei creditæ negatio per juramentum facta, ἐξωμοσία, ἀπωμοσία, *a denying with an oath, a forswearing.* V. Cal.

Abjuratus, a, um, cum perjurio negatus, Virg. V. Cal. *forsworne.*

Abjūro, as, sig. rem mihi creditam non esse, vel aliquid me non habere, aut promisisse juro, נשבע, לשקר, ἀπωμόω, ἐξόμνυμι, *to abjure, to deny,*

to forsweare, to denie with an oath.

Ablabia, æ, f g græ. ex α priv. & βλάπτω, lædo, *harmelesnesse.*

Ablactatio, onis, f. g. ex ablacto, *A weaning.*

Ablactatus, us, idem.

Aolactatus, a, um, (quod sit à lacte ablatus, dict.) *weaned.*

Ablacto, as, ex ab & lacto, נמל gamul, ἀπογαλακτίζω, a lacte depello. *To weane.*

Ablăquĕatio, ōnis, f. g. Plin. *A haring and digging about the roots of trees,* διόρυσις.

Ablăqueatus, a, um, Plin. *Bared of earth, digged about.*

Ablăqueo, as, ablaqueo propriè est circum arbores effodere terram & radices superiores retegere, ut magis fructificent, Pallad. Januario mense locis temperatis ablaqueandæ sunt vites quod tali cotteare appellant, i. e circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire, & purgatis omnibus, velut lacus efficere, ut solis temporibus & imbribus provocentur: ex quo apparet, non à laqueis, sed à lacubus, hoc est follis, quæ circa vitium radices fieri solent, hoc verbum deductum esse. Cal. *To bare the rootes of trees, to dig up the earth about them.*

Ablātio, onis, f.g. ἀφαίρησις, *a taking away.*

Ablativus, a, um, pro ablatus, a, um, *taking away, taken away,* inde ablativus casus ἀφαιρετικὴ πῶσις, Quint. *the ablative case.*

Ablatus, a, um, part. *taken away.*

Ablectus, a, um, ablectæ Ædes, ὄικος κεκοσμημένος, κεκαλλωπισμένος, ex ablegare græc. ἀπολέγειν, a Plauto in Mostellaria appellantur, quæ nitidæ sunt & ornatæ, quæque emptorem sua elegantia facile alliciant, vel ex ab & lacio. Cal. *Houses finely deckt to bee sold.* Quidam ablectæ ædes, ἀθυμένας & quasi essent pro derelictis: alii legunt abjectæ ædes, *neat, fine, inticing.*

Ablĕgatus, a, um, p. *sent away, removed.*

Ablĕgatio, ōnis, f. g. ἀπόπεμψις, *a sending away, a sending forth.*

Ablegmina, orum n.g. ἀπολεγμοὶ, ex ablego, ἀπολέγειν, partes extorum quæ diis immolabantur. Fest. Ablegmina sunt partes quæ diis porriciebantur, quæ propterea dicebantur prosicia & prosecta, tanquam separata quædam à reliqua visceratione; id enim est ablegere, imitatione Græcorum qui dicunt ἀπολέγειν, ergo ablegmina, ἀπολεγμοὶ, unde apud Plaut. ablectæ ædes. ablegmina sunt partes extorum quæ profegmina dicunt. Scal. *parts of beasts kild, set apart to be offred to the gods.*

Ablegamina, v. ablegmina.

Ablego, as, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω, *to send away, to send out of the way, to remove,* ablegare aliquem, i. in proximam civitatem demandari, ἀπίλυσε, πρὸς ἀδελφόν, ablegat me à fratris adventu.

Ablepsia, ex ά, non & βλέπω, video Suet. *blindnesse of the minde, inconsiderateness.*

Ablĭgo, as, *to binde from.*

Ablĭgūrio, is, ivi, itum, ire. Ter. liguriendo absumo, אכל achal καταλιχνίω, καταλείχω, καταδήγω, *to consume or spend riotously.*

Abligurītio, onis, f.g Fir. *Riotous spending, chiefly in belly cheare.*

Abligurītor, oris, m. qui abligurit.

Ablŏco, as, ἐκμισθόω, שכר sakar idem quod locare, Suet. ablocare, i. denuo locare fundum tertio locatum, Cal. *to set, or let out to hire.*

Ablūdo, is, si, sum, ere, Ho. dissimilis sum, dicto, cui opponitur alludo, ἀπεμφαίνω, ἀσυμφωνίζω, hæc à te non multum abludit imago, i. hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus, *to be unlike.*

Abluo, is, ui, ūtum, eluo, purgo, ἐκλούζω, רחץ rachats ἀπονίπτω, abluere tenebras antiqui dicebant, pro discutere & dissolvere, *to wash away, to wash off, to purge, to water.* abluere somnium est post somnium se abluere, ut quod somnio portendebatur hujusmodi ablutione expietur. ὅπερ ἀποκλύζειν. abluere pro madefacere & rigare. Abluor, pass.

Ablūtus, a, um, i ablutus.

Ablutio, onis, f.g. ἀπονιπτήρ. ablutio criminis extinctio, accusationis institutæ extinctio, qua reorum numero reus eximitur. *A washing off.*

Ablutium, ii, n g. & ablutes, is, f g. ex ab & lutum, *A myre or clayie place*

Ablūtus, a, um, Varr. ἀποπεφυσιωμένος. *Washed, away, cleansed.*

Ablŭvio, ōnis, f. g. ex ab & luo, *a casting out of froath, or dung, and such like.*

Abluvium, universalis inundatio מבול mabbul κατακλυσμὸς, *a deluge* V. diluvium.

Abmatertera, f g. soror abaviæ, Just. ἀμμεγίστη ἀδελφὴ τοῦ πάππου καὶ τῆς μάμμης. *The great grandmothers Sister.*

Abmitto, is, si, sum. Plaut. שלח Shalach ἀποπέμπω, *to send away.*

Abnăto, as, ἀποκολυμβῶ, alicunde natando recedo: *to swimme away.*

Abnĕco, as, ui, & avi, Plaut. idē quod neco, ἀναιδῶς ἀποκτείνω, *to slay.*

Abnegativa, æ, f. Diom. *a denying, or refusing, a nay.*

Abnegativus, a, um, negativus, *negative.*

Abnĕgo, as, כחש Chikesh, nego, repudio, rejicio, recuso. ἀρνέομαι. Abnegare deposita vel promissa dicimus quum negamus apud nos aliquid esse depositum, vel à nobis aliquid esse promissum. Accipitur etiam abnegare pro negare, id quod à nobis petitur plane obstinato & obsirmato animo, *Earnestly to deny, to forsake, refuse, deny.*

Abnĕpos, otis, m.g. Suet. filius pronepotis, ἀπέκγονος, quod longius à nepote abest. i. infra eum. *The Nephewes nephew, a sonne in the fourth degree.*

Abnĕptis, is, f g. Suet. proneptis filia, ἀπέκγονη. *A neece of our neece, a daughter in the fourth degree.*

Abnocto, as, Senec. foris pernocto, vel noctu abum. ἐκ ἀπονυκτερεύω. *To lie or be abroad in the night.*

Abnodo, as, Col. idem quod enodo, i. arbores & vites nodis purgo, ἀκμὰς ἐκκόπτω, κλαδεύω τὰ δένδρα. *To prune or cut away knots from trees.*

Abnormis, me, adject. sine norma, ἄνομος, ἀμέτρος, Hor. *Out of rule or order.*

Abnormitas, v. enormitas.

Abnuitio, onis, f. Cal. i. negatio.

Abnuitur, impers. ἀπονεύεται. Liv. nec abnuitur ita fuisse. i. non negatur, *We do not deny that it was so.*

Abnuo, is, ui, utum, ere, נוד meen est signo capitis ad quid nego, recuso, renuo. quamvis & oculis & manibus, vel etiam verbo id fieri possit, tamen absolute pro negare sive recusare ponitur. ἀπανεύω, ἀναινέομαι. *To refuse.* Liv lib. 1. Bell. Maced. Abnuere aliquid alicui, & abnuere alicui de re aliqua usurpatur & pro voluntate quæ ex ejusmodi signo declaratur sive affirmando, sive negando. aliquando ponitur pro moveri. Transfertur etiam ad animum & pro titubare, i. dubitare in quam partem vertendum sit, accipitur. item prohibeo: invenitur, & abnuo, es, Col. *To deny one a thing by nodding, or like gesture, to shew a denying or disliking, to forbid, to deny, to totter, to waver, to refuse.* Abnuere imperium, Liv. *To refuse, to obey, and to bee under ones Dominion.*

Abnuēs, tis, p. *Refusing, denying, &c.*

Abnuendus, a, um, Sen. *To bee refused, or denyed.*

Abnutus, Gloss. ἐκγονὸς m. legit. ἐκγονὸς. aliter ἐκ γόνυ γονῆ, ita à nurus, ut abnepos à nepos. Bon.

Abnutivum, vi, n. g. Paul. *A dissenting, or disliking in minde.*

Abnutivus, a, um. abnutiva oratio, & adnutiva Martiano quæ Græcis ἀντατικὴ, κατατατικὴ, a nuo, quatenus mentis judicium notat, Gloss. abnutivum ἀπομοτικὸν, adnutivum, κατομοτικὸν. illud est negatorium, hoc confessorium, Interdum duo abnutiva magis negant.

Abnūto, as, frequent. ex ab & nuto, ἀπονεύω. *To deny often by nodding.*

Abo,

Abo, as, are. *To call brother, to honour as a brother.*

Abŏleo, es, ui, vel evi, litum vel letum, ēre, חשמיד hishmid, חשחית hashchith ex ab & oleo, odorem reddo; aboleo, odorem perdo; vel ex Græco ἀπὸ & ὄλλω, nunc ὄλυμι, ὀλόλια, perdo, Virg. aboleo, tollo, deleo, obliteto, ἐξαλείφω, ἀφανίζω, ἀμαυρόω; est enim ita delere & obliterare, ut ne olfactus rei abolitæ remaneat. Item 4. Geor. usurpat pro abluo seu lavo. abolere magistratum, leges, dignitatem, pro tollere & adimere. *To abolish, to destroy, to raze out, to undo, to put out, to deface.*

Aboleor, pass. *To be, &c.*

Abŏlesco, is, Virgilius, ἀφανίζομαι aboleſcit ἀφανιζόμενον. vigere desinit G. V. hoc esset abolesco, i. e. cresco, abolescere, evanescere, & in desuetudinem abire. abolescere est in desuetudinem abire, abolere est tollere, infirmare, aboletur accusatio cum actionis institutæ periequandæ necessitas accusatori remittitur: aboletur & nomen Rei cum is de Reis eximitur. *To be abolished.*

Abŏlitio, onis, verb. ex aboleo, ἀφανισμός. Quint. Abolitio criminis vel actionis institutæ extinctio, qua reorum numero reus eximitur, & actionis inscriptionisque memoria aboletur. *A rasing out, an abolishing, disannulling, or remitting.*

Abŏlitus, a, um *Abolished, disannulled, out of use, ruinated*

Abolla æ, f. g. Mart. *A Senators garment, a Philosophers habit, or like like vesture.* al, ex ambolla dict. quod esset vestis undique bullata. Scal. ex Græco ἀναβολή, amictus: ἀναβάλλω surſum tollo: ἀναβάλλομαι, amicio: amictum circumjacio: ut amicio ex am & jacio Scal. bul a, βολὴ Tarent. βόλλα & ἀμβολή, ἀμβόλα. unde abolla, quod Æolismum sapit.

Abollia, æ, f. *A mandrake.*

Aboloes, ab oloes dicebant, pro ab illis. Antiqui enim literam non geminabant. annot Vizuet in Fest. oli pro olli, & olli pro illi, oloes autem illoes est, & pro illis accipitur: oloe, i. olli vel illi nom nativi plurales, oe nunc in i, ut fascinoe pro fascini. v Scal. Fest.

Abŏlus, li, m. Gr. qui non amisit dentes ætatis indices: ab ἀ priv. & βόλος; βόλδην τοὺς ὀδόντας in veterinis dicitur, cum dentes pullinos βαλλουσιν, i. amittunt, *A horse that hath not lost his teeth, whereby his age is knowne and manifest.* Bud.

Abomasum, si, n. g. ex ab & omasum, ὄμασον. *The paunch or belly of a beast.* Intestini genus in ventre circa reticulum.

Abōmĭnābilis, le, adject. *abominable.*

Abōmĭnandus, a, um, Plin. detestatione dignus, βδελυρὸς, καταθύτος. *Worthy to be had in abomination, due to be detested.*

Abōmĭnatio, onis, f. g. verb. *abomination, detestation.*

Abōmĭnātus, a, um, Ho. βδελυκτὸς. *had in abhomination, detested, accursed.* Abominatus execrationibus malisque omnibus devotus, diris petitus. Abominatus dicitur qui sacris interdictus excommunicatusque est, unde abominatio, excommunicatio. abominari est omen averiari.

Abominium, ii, n. g. id est execratio.

Abōminor, aris, ex ab & ominor, Plin. abominet non ominor: aut tanquam malum omen abjicio, יקע shakats, execror, abhorreo, fugio, βδελύττεσθαι, μυσάττεσθαι. *To abhorre, to avoid, to detest, to wish ill lucke, to wish the contrary.*

Abōmĭnōsus, a, um. βδελυκτὸς. Diom. *Full of abhomination.* Cal.

Aboriasu pro aboriar. Non. ex Var.

Abŏrigines, ginum. Plu. αὐτόχθονες: qui ab origine in aliquo loco habitant: ex ab & origo, quasi sine origine dicti, propter antiquitatem, quòd sine authores generis, Dion Antiq. 1, eo modo dictos vult Græcis à sedibus montanis; etenim ὄρος est mons, estque Arcadicum montium habitatione delectari. Fung. Fest. quod errantes convenerint in agrum, qui nunc est populi Romani, quasi aberrigines ex aberrando; fuit in gens antiquissima populi Romani. *An ancient people in Italy, now used for the first inhabitants of a countrie or citie; or rather for a wandring people whose off-spring is not known.*

Aboriginĕus, a, um, ad. ad aborigines pertinens.

Aboriginis, ne, adject. *Rusticall, savage.*

Abŏrior, iris, (vel eris) iri, ortus. יצא shachah יפח hippil, ex נפל ex ab & orior, abortum facio, ante tempus pario. Aborior ἐξαμβλοῦσθαι, quoties absolutè accipitur, de matre intelligitur, secus verò de fœtu, Cal. ex Gel. lib. 12, cap. 1. Item usurp. pro motu deficere, Lucr. 5. *To bring forth, or to be brought forth before the time; also to fall, faile, faint, or to die, to end.*

Aborsus, a, um, part. ex aborior, ut aborsus vel abactus venter dicitur qui partum efficere non potest. Aborsus venter dicitur pro fœtu venenis & medicamentis ejecto, Paul. *That dieth in the wombe, or that is cast out by poysons or medicines.*

Aborsus, us, m. g. ἐκτρωμα, ἐκτρωσμὸς, ex aborior, No. alii ex abordior. *The same that abortus, but that aborsus signifieth the calling of the yong prestently after conception, abortus, when it is well growne in the wombe: aborsement.*

Abortio, onis, f. g. (ex aborior) aboriendi actus, ἀμβλυνσις, ἐκτρωσμὸς. *The casting of the young, a bringing forth before the time.*

Abortio, is, ivi, Plin. *to bring forth before the time.*

Abortio, is, ivi, Plin. immaturum fœtum edo, ante tempus pario, יפל hippil, ἀμβλίσκω, ἐξαμβλόω. *To bring forth before the time.* Est & abortior verbum deponens.

Abortium, ii, n. Hieron. ἐκτρωσις. *The same that abortio.*

Abortivum, vi, n. g. Plin idem quod abortus.

Abortum, i. abortum, abortus, & abortio eadem sunt Cal.

Cōmĭtĭātus, a, um, adject. *Chosen by the consent of the people in any Assembly.*

Cōmĭtĭātus, us, masc. gen. ἀρχαιρεσία, dicitur populi in comitio congregatio. *An assembly of people, a County,* Cic.

† Comĭtio, id est, comitium celebrare.

† Comitissa, æ. *A Countesse or Earles wife.*

Comĭtĭum, ii, neut. gen. ἀρχαιρεσία, ὀχλαγώγιον. *A place wherein the assembly is, a Parliament house,* V. Comitia.

Comĭto, as, act. Ov. idem quod comitor.

Comĭtor, aris, atus sum, ari, depon.

à con & eo, vel ito, itor, συμπαρομαρτέω, παρακολουθῶ. *To accompany, to go with, to follow, to keep fellowship with, also* pass. *To be accompanied.*

† Comma, atis, n. κόμμα incisio, à κόπτω incido, minutissimæ distinctionis genus est, quod incisum à latinis dicitur. V. Calep. *The point in the part of a sentence without perfect sence, a trench whereby the water is let out, a floud-gate, also a piece of Mony.* Vlp.

† Commaculatio, onis, f. *A spotting.*

† Commaculatus, a, um. *Spotted, defiled.*

Commăcŭlo, as, ex con & maculo, ῥυπαίνω, καταμιαίνω. *To spot, defile, to distaine, to foile.*

Commadeo, es, ui, ere, Cat. ῥέχομαι. *To moist, to wet.*

‡ Commalaxo, as. Var. à con & μαλάττω malasso. *To exercise and do speedily.*

† Commanducatur, pro Comedit, & devorat Lucil.

Commandūcatus, a, um, Pli. μεμασσημένος. *Chewed.*

Commandūcatus, us, m. g. Pl. *Chewing.*

Commandūco, as, Pl. μασάομαι. *To chew meat.*

Commaneo, es, si, ere, Macrob. συμμένω. *To tarry or abide together.*

Commănĭpŭlares, Spar. commanipulones, Cic. contubernales milites ejusdem manipuli, Tac. *Soldiers of the same band.*

† Commanipularius, consodalis.

Commanipulatio, onis, Spart. *A gathering together of souldiers.* v. contubernium.

† Commansum, quod ore commansum, pituitam capitisque humores deducit, id quod apophlegmatismus.

Commerceo, es, ere, Mar. *To wax faint, to wither.*

† Commarginandus, a, um. *Bordered or brinked.*

Commaritus, ti, m. Plaut. *He that is in stead of an husband.*

Commascŭlo, as, Macrob. à masculus. *To take stomacke or hardinesse.*

† Commasculus, a, um. *Bould, impudent.*

† Commater, f. g. Gloss. *A Godmother.*

† Commatica pronunciatio, Cæl. 2. 6. *A pronunciation by short pieces of sentences.*

† Commaticus. *A versifier.*

† Commatim, adv. *Briefely.*

† Commaturus. *Ripe together.*

Commeatilis, miles dicitur, qui in stipendii partem accipit alimenta ex commeatu, id est, ex alimento publico, Just. *A Souldier that is allowed meat for part of his wages.*

Commeator, oris, m Apul. διάκτωρ. *One that goeth to and fro as a messenger.*

Commeātus, us, m g. ἐφόδιον, ἔξοδος, ἐπισίτισμος, ex commeo, facultas abeundi, sive quod dicitur salvus conductus, quem dat imperator militi, præpositus inferiori, eundi quo velit ad præscriptum diem reversuro: aliquando pro cibariis ad alimoniam. *A safe Conduct or Passeport, leave to travell to and fro, provision of victuals for a journey, sometimes the time appointed for a souldiers absence, passage, a returne.*

Commedĭtor, Lucret. V. Meditor.

† Commeio, Gl. *To pisse together.*

Commembrum. *A fellow member.* Acer.

Commemini, def. μέμνημαι. *I remember.*

Commĕmŏrabĭlis, le, adjectiv. ἀξιομνημόνευτος. *Worthy to be remembred.*

Commemorandus, a, um, idem. *Due to be remembred.*

Commemoramentum, Cæc. pro commemoratio.

Commĕmŏrātio, ōnis, f. g. ὑπόμνησις. *A mentioning, rehearsing, putting in minde.*

Commĕmŏro, as, διεξέρχομαι, ἀπομνημονεύω. *To rehearse or remember.*

† Commenda, est custodia Ecclesiæ alicui commissa,

Commendabilis, ἐπαίνετος. *Commendable.*

Commendatarius, dic. nudus minister, Luc.

Commendātio, ōnis, f. g. verbal. ἐπαίνεσις. *A commendation, praising, reputation.*

Commendatitius, a, um. *Of recommendation, commendatory.*

Commendator, oris, m. g. ἐπαινέτης. *He which commendeth one to another.*

Commendatrix, icis, f. g. συστατικὴ. *She which commendeth or praiseth.*

Commendātus, a, um, ior & issimus, ἐπαινεθεὶς. *Committed to charge, praised, regarded.*

Commendo, as, ex con & mando, ἐπαινέω, συνίστημι, ἀποδέχομαι, ἐπαγγέλλω, item ἐπιτρέπω, laudo, alicujus fidei committo, depono. *To commit or put in trust with, to commend or praise.*

Commensus, us, m. verb. symmetriam signif. συμμέτρησις, συμμετρία, Vitruv. 3. 1. *An equall proportion or measure of a thing.*

Commentaculum, li, n. g. Fest. alii leg. commotaculum; commentacula virgæ, quas flamines portant per gentes ad sacrificium ut a se homines amoveant. *A Marshall or Vshers Rod, a Wand which those that went to do Sacrifice, bare in their hands.*

Commentariensis, m. Digest. ὑπομνηματογράφος. Commentarienses carcerum præfecti vel custodes, Briss. apud antiquos dicebantur qui in commentarium custodias referebant, vel dict. quia comitari debent eum quem custodiunt. item comm. etiam adpellari cœpti sunt, quorum manu acta subnotabantur, quoties, apud fiscum agitur, est etiam nomen ordinis & promotionis in militia. *The Master of the Roules, one that giveth a note of the Prisoners and their causes to the Judge, he that keepeth a Note or Register of publike Acts, a Notary of the Court: also a Jayler,* Cod. Vide Commentarius.

Commentariolum, li, n. dim. *A little Register-Booke, a short worke, a Journall.*

† Commentariolus, li, m. *A little Commentary,* V. Commentariolum.

Commentarius, ii, m. g. & Commentarii, orum, & Commentarium, rii, n. g. liber in quo aliquid commentatur, ὑπόμνημα. Commentarius, rii, & Commentarium, pro unâ eademque signif. sumuntur, viz. pro libris in quibus non latè, diffuséque res, sed quam brevissime possint, explicantur, simpliciterque & quasi per capita describuntur, ἀπομνημονεύματα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί: commentarius quandoque dicitur ipse commentator, ὑπομνηματιστής, hoc est qui commentarium composuit. *An Abridgement, a Booke of Notes and Remembrances, a Register, a briefe History, a Comment, or exposition: also that maketh the Commentary: also it is used for a Prison or Jayle.*

Commentatio, onis, f. g. verb. συσκέψις, ἐπιμέλεια. *A meditating, musing: also deliberation.*

Commentātor, ōris, Quint. πλάστης, ἐπινοητὴς. *A deviser or inventer of any thing.*

Commentatus, a, um, συμπλασθεὶς. *Mused, devised.*

Commentior, Apul. (commenti, συμψεύδεσθαι) idem quod comminiscor, vel mentior.

Commentitius, a, um, πλασματώδης, πεπλασμένος. *Devised, counterfeit.*

Commentor, aris, atus sum, ari, freq. à comminiscor, cogitare, agitare, tractare, mentionem facere, disputare, διαλαμβάνω, πραγματεύομαι, interdum signif. comminisci, confingere fallaciam, πλάττω. *To muse, to thinke upon often, to dispute of, to write Commentaries, to devise or imagine a false tale, to compound, to counterfeit.*

Commentor, ōris, m. g. verb. à comminiscor, Ovid, εὑρετὴς, πλάστης.

An

An inventer or deviſer.

Commentum, ti, n. g. res ficta, excogitata invent.o, σκῆψις, σόφισμα, ponitur & pro expoſitione interpretationeque autorum in literas relata. *A Comment or expoſition, an invention, a Lye, a fiction.*

Commentus, a, um, à comminiſcor. *That imagineth or deviſeth: alſo invented, fained.*

Commĕo, as, φοιτάω. *To goe hither and thither.*

Commercium, ii, neut. g. à con & mercor, dict. à mercibus quo nomine res venales appellantur, ἐμπορία. *Acquaintance, converſation, entercourſe for Merchandiſe, intelligence.* item viciſſitudo dandi & accipiendi.

Commercor, aris, Plaut. ἐμπορεύομαι, ἀγοράζω. *To buy with others.*

Commĕrĕo, es, ui, itum, ere, & commereor, eris, itus ſum, ἁμαρτάνω. *To deſerve, to commit a great offence or treſpaſſe, to win or gaine.*

Commĕritus, a, um. *Deſerved.*

Commĕſſatio, ōnis, f. *A riotous Banquet.*

Commeſſator, oris, m. g. *A Reveller, a riotous banquter,* al. leg. comeſſator.

Commetior, īris, enſus ſum, iri, μετρέω. *To meaſure.*

Commeſſor, aris, κωμάζω. *To banquet, to eate riotouſly, to gormandiſe.*

Commeto, as, pro commeo, Næv.

† Commictilis, le, Non. i. e. contemptibilis, à commingo, Scal. ad. Catul. commictilis ſervus apud Pomp.

† Commigratio, ōnis, fœm. g. *A flitting.*

Commĭgro, as, μετοικέω. *To goe with, to goe from one place to another, to dwell, to abide, to inhabite.*

Commĭles, ĭtis, m. g. Cæſ. συστρατιώτης. *A fellow ſouldier, a companion in warre.*

Commilitium, ii, n. g. & commilitia, æ, f. Apul. συμμαχία, συστρατεία. *Fellowſhip in warre, a compnie of fellow Souldiers.*

Commĭlito, ōnis, m. à con & miles. συστρατιώτης. *A fellow ſouldier.*

† Commilito, as. *To fight together.*

Comminatio, onis, f. g. à comminor, ἀπειλή. *A threatning.*

† Comminativus, a, um, Diom. *Threatning.*

Commiſtus, vel commictus, Plaut. Moſell. ſc. 1. a. 1. al. commixtum & commiſtum leg.

Comminiſcor, eris, entus ſum, iſci, ex antiquo meniſcor, fingo, excogito, συμπλοκάω, σοφίζομαι, ψεύδομαι, ἐξευρίσκω, δημιουργέω, μηχανάομαι, τεχνάζομαι, ex con & meniſcor, à meneo, quod olim pro moneo, M. Var. à con & mente, quod finguntur in mente quæ non ſunt. *To invent, to deviſe, to find out, to faine, to imagine.*

† Commingo, is, ſimul mingo.

Comminiſtro, as, Plin. ὑπηρετῶ. *To miniſter, to give together.*

Commino, as, conduco, Apul. gregatim pecua comminantes, à mino duco, Comminans, part. *To threaten,* Apul.

Commĭnor, aris, Suet. ἀπειλῶ, à minor, Gloſſ. comminatur ἀπειλεῖ, inde comminatus paſſivè uſurpat Apul. id eſt, intentatus, denunciatus, Iſid comminando, intentando. M. *To threaten hardly.*

Commĭnuo, is, ui, ere σωρεύω, διαθρύπτω. *To breake in peeces, to bruiſe, to leſſen, to neglect.*

Comminus, ex com. id eſt, ad manum, V. Cominus.

Commĭnūtus, a, um. *Broken in pieces, diminiſhed.*

Commiſceo, es, ŭi, ſtum, ere, συμμίγνυμι. *To mixe or mingle together, to impart.*

Commiſceor, Paſſ. *To be, &c.*

† Commiſculus, a, um, Gl. *Mixt.*

Commĭſĕrātio, ōnis, fœm. gen. verbal. à commiſeror. οἶκτος, κατοικτιρτις, *Compaſſion, moving of Pittie.*

Commĭſĕreſco, is, ere. Terent. οἰκτίζω, ὀικτείρω. *To have Compaſſion of.*

Commiſeror, aris, atus ſum, ari. *To have pitty on.*

† Commiſſator, Gl. *A Brawler.*

Commiſſio, onis, fœm. gen. συμβολή, σύγχυσις, (verb. à committo, quo proprie ſignificatur binorum, vel pugilum, vel muſicorum, vel poëtarum, vel Rhetorum exhibitio, ad artis, aut virium oſtentationem, Cal. *A ſetting together of two for triall of maſteries in any Feat: a Committing to Ward: alſo the begnning.* Plin. *Playes, things not well knit together.*

† Commiſſor, oris, m. g. ut fidei commiſſor. *A Feoffer of truſt.*

† Commiſſorius, a, um, ut commiſſoria lex, Ulp. *An exception in a Contract, which not beeing fulfilled, the Bargaine is void.* Calep.

Commiſſum, ſi, neut. g. vectigal. κλασιοτελώνημα, committere aliquando malè agere. commiſſum, delictum, peccatum, ἁμάρτημα, commiſſum item pro confiſcatione quæ fit ob illicitas merces navigio, aut alio modo advectas, aut propter vectigal non ſolutum &c. item cōmiſſum quod improfeſſum apud publicanos. Commiſſa dicuntur quæ contrà teſtatoris voluntatem facta, aut non facta ab hærede, mulcta aliqua pœnaque plectuntur. Cal. ex Aſcon. *A thing done, a treſpaſſe: alſo a confiſcation, or ſeizing.*

Commiſſum vectigal, κλασιοτελώνημα, committere aliquando eſt malè agere. *To commit, to fleale.*

Commiſſūra, æ, f. verb. ἄρμος, ῥαφιαγή, συνάφεια, ἀλληλαχία, Iſid. commiſſura dicitur tabularum conjunctio. *A joynt of any thing cloſed or opened, a conjunction or joyning together, the joyning together of Bones.*

Commiſſus, a, um, part. a committor, συνημμένος, συμβεβλημένος. *Committed to ones charge, treſpaſſed, mingled, aſſembled, begun.*

Commiſtitius, a, um, Acerd. vide Commiſtus.

Commiſtus, a, um, part. à commiſceor. Lucret. συμμιχθείς. *Mingled together.*

† Commĭtĭātus, a, um, adject. Cæſ. *Choſen to ſome dignity by the conſent of the aſſembly.*

† Commitigo, as, Ter. καταμαλάσσω. *To aſſwage.*

Committilis, V. Commictilis.

Committo, is, ſi, ſum, ĕre, ex con & mitto, (committere, propriè eſt ſimul mittere, συζεύγνυμαι, nunc eo utimur pro facere, aut pro delinquere, aut pro incipere, Feſt. committo, alicujus fidei trado, ἐπιτρέπω, πιστεύω, quandoque eſt injungere aliquid faciendum & quaſi commendare, ἐπιτάσσω, quandoque peccare, πλημμελέω, quandoque ſociare, conjungere, quandoque facere, perpetrare, ἐπιδείκνυμαι, quandoque incipere, ἐισβάλλομαι, καθίσταμαι, quandoq; idem quod permittere, vel occaſionem præbere, ἐφίεσθαι, quandoque in contentionem deducere, συμβάλλω, συγκρούω, συρράγνυμι, committere aliquos inter ſe, id eſt, reddere inimicos, committere prælium, id eſt, præliari, μάχεσθαι, committi quoque verbum juris eſt, quum quid commiſſum, id eſt, factum eſt propter quod aliquid debeatur.) Feſt. *To commit to ones hands or charge, to treſpaſſe, to doe or begin, to give cauſe, to referre, to provoke, to confiſcate.*

Committendus, a, um, Cic. *Due to be committed or aſcribed.*

† Commixtilis, le, Gloſſ. *Mixt together, or of a mixt nature, that is to be mixed.*

Commixtio, ōnis, f g. Firm. συμμίξις. *A mingling together.*

† Commixtus, a, um. συμμιχθείς. *Mingled.*

† Commodabilis, le, adject. *That may be lent.*

Commŏdātio, onis, f. Apul. χρῆσις. *A lending.*

Commŏdator, oris, m. Ulp. *He that Lendeth.*

† Commodatarius, ii, m. *He that taketh of Loane, he that borroweth, he to whom any thing is lent freely,* Coop.

Commŏ-

Commŏdātus,a,um. *Freely lent.*

Commŏdè,Commodius, adverb. εὐκαίρως,καλῶς,ἐπιτηδείως,εὐμάλα. Cic.ad Attic.l.13. *Very well,profitably,aptly,easily,fitly,conveniently.*

Commŏdissimè,Apul. *Most aptly, &c.*

Commŏdĭtas,atis,f. g ἐπιτηδειότης. *Profit,aptnesse,conveniency,handsomenesse.*

† Commodito,as,freq.à Commodo. *To lend often.*

Commŏdo, as, ex eon & modus, commodare,Non cum commodo dare,συνωφελέω,obsequor, commoditati alicujus inservio, sive commoditatem præsto. Commodare item est utendum dare, hoc est, alicujus rei usum ad tempus concedere. *To profit, or do good to. to bend, or give himselfe to pleasure,to fit,to lend.*

Commodò,pro commodè, Sosip.

† Commodulè,adv. dim. à Commodè. *Somewhat fitly, conveniently,* Plaut.

Commodum,di,n.g. ὠφέλεια, εὐχρήστημα,σύμφερον,Isid.commodum, id est, quod nostri juris est,& ad alios temporaliter translatum est commodum temporis, quamdiu apud eum sit: unde commodum dict. est, commodum,quasi cum modo,ubi nihil deest, nihil excedit, commodum, utile, emolumentum. opportunitas; commodum est quod plus habet usus quam molestiæ,commodum pro præmio,utilitate. *Profit,a thing fit, opportunity,a Souldiers stipend whole or entire.*

Commŏdum, adu. Plaut. signif. jam, tunc, id temporis, eo momento, κατὰ ταῦτα *In good time,leasure,and opportunity,very well.* Commodum sequente quum signif. vix vel tantum, item pro opportunè, item commodum esse alicui aliquid significat videri & placere.

Commodus,a, um, & commodior comp.utilis,aptus,tempestivus,opportunus,πρόσφορος,ἐπιτήδειος,δεξιός, quod est cum commodo, aptum, conveniens, moderata & apta sunt utilia, immoderata & inepta noxia. commoda, orum, subsidium quo succurritur; verbi causa terræ motum passis comoda pro commoda barbare. Acerd. *Profitable,commodious,pleasant, fit, handsome, tractable, liberall, gentle,comely,a good honest man.*

Commœreo,es,ui, ere,Plaut. καταλγῶ. *To be sad and sorry,*

† Commŏlimen,n. g Gl. μηχανή *A striving,or an enterprise taken together, a plot,a devise.*

Commŏlior, iris, itus sum,iri, depon. μηχανᾶσθαι. *To go about,worke, devise, or practise.*

† Commolitor, Gloss. *A fellow grinder.*

† Commollio, is. *To soften together,*

Commŏlo,is, Col. συναλήθω. *To grinde.*

Commŏnĕfăcĭo,is,eci,actum,ĕre, ὑπομιμνήσκω. *To warne, to put in minde,to rehearse.*

Commŏnĕfio, is, actus sum, ieri, νουθετοῦμαι. *To be warned, or advertised.*

Commonĕo,es, ui, itum, ēre, ὑπομιμνήσκω, admoneo, & construitur cum genitivo, Grammaticos sui officii commonemus,Ter. *To warne, to advise.to put in mind of.*

Commŏnitio,ōnis,f.g.Quint.ὑπόμνησις. *An admonishment, an advertisement.*

Commŏnĭto,as,freq. à Commoneo.

Commonitorium, ἐπιστολὴ ἐπεσταλμένη εἰς χώρας. *An Epistle sent into the Provinces with command,Letters mandatory, a privie convention without writing or record,* Iust.

Commŏnitus,a,um,p. Liv. νουθετηθείς,νουθετούμενος. *Admonished, advertised,warned.*

Commonstratus,a,um. *Shewed.*

Commonstro,as,δείκνυμι. *To shew that is unknowne,to teach.*

Commŏratio,ōnis, f. g. Verbal. à commoror,συνδιατριβή. *An abiding, or dwelling in a place ,lingring, also a Figure when one tarrieth long upon one matter.*

Commordeo, es, di, sum, ēre. *To bite.*

Commorientes, synapothnescontes, Plaut. nomen fabulæ. *Dying together.*

Commŏrior, eris, vel iris, ortus sum, ori,συναποθνήσκω. *To die with, to die together.*

† Commoriturorum convivium, Cæl.27.25.

Commŏro, as, Plin. *To tarie, or abide.*

Commoror, ăris, atus,ari. χρονίζω, συνδιατρίβω. *To abide with one, to sojourne,to dwell in a place for a time, to make to tarry.*

Commorsus, a,um, particip. Plin. *Bitten.*

Commortalis,le,Col. *Mortall,that must die.*

† Commosis, κόμμωσις ornatus corporis supervacaneus, à κομμόω ornatum supervacaneum adhibeo,fuco,v. Comosis, Commosis, crusta est prima saporis amari.

† Commotaculum, Commotacula virgæ, nam viatores virgam frequentem commotando turbam semovent, Scal.

Commotio, ōnis,f.g verb. συγχύσεις. *Trouble,disquieting.*

† Commotium,ii, n.g. Pollux. *A part of a Poeticall digression.*

† Commotria. *A Maide that doth apparell and aray her Mistris,* Cooper.

Commotiuncula, æ, f. g. μικρὸν κίνημα, commotiuncula. *A little moving,* dim.ex commotio. *A small motion.*

Commŏtus,a,um,p. & commotior. comp. συγχυθείς, διαπεπτωκώς, *Moved,troubled,angry, astonished.shaken,afraid.*

† Commovento, pro convocanto, Fest.al.Commugento.

Commŏveo, es, ui, otum, ēre, διαταράττω,συγκινέω,ἀνασείω, perturbo, moveo,afficio, excito, concito, interdum pro lædere, interdum pro recedere. *To move, to trouble, to depart, to astonish,to shake, to rise up against, to remove.*

Commulceo,es,si, ēre, Gel. καταλάω, κατακηλύω. *To assuage, or mitigate.*

† Commulcimen, Gloss. θέλγμα. *An assuaging.*

† Commulcium. *The wall of a Ship.*

† Commulco,as,Gloss. commulcare, complodere, Isid.commulcat, inculcat,collidit,v.Mulco. *To strike,or presse together.*

Commune.is,n. g.pro Repub. κοινόν. *A Commonwealth,City,Universitie,or Colledge.*

Communicabilis, le. *That may be Communicated.*

† Communicarius dies, V. pandicularis.

Communicatio,onis, f. g. μετοχή. *Talking, consultation, making a thing common,a communicating, an imparting,a deliberation.*

† Communicatus, us, Apul. idem quod communicatio.

† Communicatus, a, um, activè. *Making another partaker.* pass. *Made partaker.*

Communĭcŏ,as,(à communis,sig. commune facere, conferre, impertiri, aut quum quod privatum est fit universorum) κοινωνέω,κοινόω. *To impart with another,to talke together, to mix with,also to defile.*

Communio, ōnis,f.g. κοινωνία,κοινότης, μέθεξις. *Communion,mutuall participation together.*

Communio, is,īvi,ītum, īre, περιφράττω ὀχυρόω *To fortifie,to make strong on all parts.*

Communior,comparat. Apul. *More common.*

Communis,ne.κοινός, (quasi iisdem muniis, sive muneribus, Cic. commune est quod omnes vulgo probârunt & sequuti sunt, Scal. opus aut officium faciendum omnium civium opere, aut impensa. id dictum est communi studio factum iri, quoniam munia sua quisque in vnum conferunt)

runt.) Communes dies apud veteres erant qui alio nomine vocabantur intercisi, κοιναὶ ἡμέραι, ita dict. quod diis hominibusque essent communes. Erant enim medii inter festos & profestos, & quibusdam horis fas erat jus dicere, quibusdam non. Nam cum hostia cædebatur, fari nefas erat, cæsa autem & porrecta fari licebat, rursus quum adolebatur hostia non licebat. Communis vena, id est, media vena. Communis morbus. *A disease that goes common. That which belongeth to one as well as to another, common, publike, approved of all,* communes dies intercisi dicuntur. *Halfe Holy-daies.*

Communĭtas, atis, f. g. (communio, societas, κοινότης, ponitur aliquando pro justitia, vel jure. communitates. *Common notions or principals. A participation. fellowship, society, also right or justice.*

† Communitèr. *Strongly.*

Communĭtèr, adv. κοινῶς. *In common or indifferently, with common consent, commonly.*

Communitio, ōnis, ὀχύρωμα. *A fortifying.*

Communītus, a, um, p. περιτεφραγμένος. *Fortified, fenced, made strong.*

† Communitùs, pro communitèr, Non.

Commurmŭratio, ōnis, fœm. gen. Gel. συμμορμορυσμὸς, συγγογγισμός. *A Whispering, or murmuring together.*

Commurmŭro, as, & commurmŭror, āris deponens, Græc. μορμύρω. *To whisper or murmure together.*

Commutabĭlis, le, adject. μεταβλητός. *That may be altered, or changed.*

Commūtātio, ōnis, fœm. gen. Verb ἀλλαγὴ, μεταβολὴ. *A change or alteration.*

Commūtātus, us, m. g. Lucr. idem.

Commūtātus, a, um, part. Græc, καταλλαχθεὶς. *Changed, altered.*

Commūto, as, avi, verb. græc. ἀλλάττομαι, καταλλάττομαι. *To change, to alter, to batter, to sell, to taste of.*

Como, is, psi, tum, ere. Terent. orno, à κοσμῶ, Fest. κομόω, quod significat comam compono, ornо, ex κομὴ coma. *To kembe, or decke the haire, to apparell, to trim, to make gay.*

Como, as, Ovid. *To clothe, to attire.*

Comœdia, æ, f. g. κωμῳδία, à verbo κωμῴζειν, quod est per vicos vagare, animi gratia agere lasciuè, petulanter ad tibiam tripudiare, &c. al. ἀπὸ τῆς κώμης, à vico, ἢ τῆς ᾠδῆς cantu, Fest. comœdias constat ex eo appellari, quod initio in vicis juvenes cantare soliti essent convenientes, al. ἀπὸ τῶν κωμαδρίων vicinis, quòd humilium domorum septis concludatur, non publicarum aut regiarum, ut in tragœdia, al. ὅτι ἐν ταῖς ᾠδαῖς ἐγκώμαζον, quod juventus vacui temporis otio atquè licentia noctis abusa discurreret per pagos, & lasciviret in viis, secura imperiorum heri aut parentum, indè lusus, quos vicatim exercerent, παρὰ τὴν ἀδὴν ἢ κώμας, à cantu & vicis aptè comœdiam dixere, Vide Scal. fi. 1. Poet. al. ἀπὸ τοῦ κωμαστοῦ, al. a Como lasciviæ Deo, κῶμος, al. est autem fabulæ genus civilis privatæque vitæ imaginem velut in specula repræsentans, quemadmodum in tragœdia regum præcipuè & aulicorum mores depinguntur.) *A play, an enterlude.*

Comœdicè, adv. κωμῳδικῶς, κωμικῶς. *Pleasantly, merrily.*

Comœdiographus, Prob. *A Comicall Poet, a writer of Comedies.*

Comœdior, iris. *To jest.*

Comœdus, di, m. κωμῳδὸς, ὁ κατὰ κώμας ᾄδων, qui per pagos cantat carmina jocosa. *A player of Comedies,* v. Comœdia.

† Comœdicus. *Pertaining to a Comedy.*

† Como. *An hearbe,* Dioscor. coma, *Goats beard.*

Comos laudatio, κώμος, undè encomium.

† Comosandolos, Paus. flos, Gæl. 27. 26. *A Flowre called* Hyacinthus.

† Comosis, Plin. græc. primum fundamentum, operis Apum, id est, excrementum ceræ in alveo, Plin. *The dregges of waxe, or first foundation of the Bee making hony.*

Cŏmōsus, a, um, adject. & comosissimus, superl. πολύκομος. *Very hairy, also full of branches or leaves,* Plin.

Comotriæ, Fest. κομωτρίαι, à κομῶ. *Women that are skilfull in kembing their haire, Chambermaids.*

† Comotrion, κομώτριον. *An Instrument to frisle the haire withall.*

† Compacticus, a, um, adject. παρὰ τὸ κομπάζειν, ut deliciæ compacticæ, Ap. *Vaine glorious boastings.*

Compactilis, le, Plin. συμπηκτὸς. *That is, or may be set together, short, round, made of diverse pieces.*

Compactio, ōnis, fœmin. gener. Verbal. σύμπηξις, συναρμογὴ, à compingo. *A joyning or setting together.*

Compactum, ti, neut. gener. ab antiquo verbo compaciscor, pro convento, vel compromisso, ab inusitat. compaciscor, vel compeciscor, compacto, vel de compacto aliquid agere, i. ex compositio, κατὰ συνθήκην, ἀπὸ συνθήματος, ἀπὸ συγκειμένα, Sue. *An agreement, composition, confederacy.*

Compactus, a, um, part. à compingo, συνάρμος, *Well set, joyned, or trust together.*

Compāges, is, compago, inis, f. g. ἀλληλοχία, ἅρμη, συναφεια, συναρμογὴ, ex con & pago, undè pango, compago, proles, Non. pages, n. compactio, undè compages & propagare, i. genus juge longè emittere, Isid. *A close joyning or setting together, a joynt.*

† Compagia capita sunt ossium, dicta eo quòd sibi compacta nervis velut glutino quodam adhæreant, Isid. *The heads of the bones where they are joyned together with sinewes,* vide Compages.

† Compāgĭnātio, ōnis, f. g. Gloss. *A setting together by joynts.*

† Compāgĭnātus, a, um. Gloss. *Set together.*

† Compāgĭno, as, Ammian. lib. 16. συναρμολογέω. *To couple, joyne, or knit together, to frame.*

Compago, subst. Vide Compages.

† Companator & impanator neotericis dicuntur, qui aiunt post consecrationem, remanere panem.

Compar, ăris, ad. Liv. ἴσος, σύζυξ, πάρισος. *Equall, even, like.* Invenitur & compar substantivè pro socio, pro conjuge, πάρισον. *A compeere, a fellow, a guard, a second.* Compar. item exornatio Rhetorica est, quâ membra orationis constant ferè ex pari numero syllabarum, autor. ad Heren.

Compărābilis, le, παραβλητὸς. *That may be compared.*

Compărandus, a, um. *To be compared with.*

Comparatè, adv. παραβολικῶς. *In manner of comparison, respectively.*

Compărātio, ōnis, f. g. παρασκεύη apparatus, præparatio, ponitur pro acquisitione, ut comparatio voluptatis, ponitur & pro collatione, contentione, similitudine, aliquando pro ἀναλογία, item pro constitutione. *Provision, preparation, getting, comparison, proportion.*

Compărātivum, v. Quint. *The comparative degree.*

Comparativus, a, um, συγκριτικὸς, παραβλητὸς. *Wherein is comparison, comparative.*

Comparatus, a, um, παρασκευὴς. *Ordained, appointed, received in use, provided.*

Comparator, ōris, m. *A compiler, a getter.*

Comparco, is, si, sum, ĕre. φειδομαι, ταμιεύω, Ter. *To spare.*

Compărco, es, ui, itum, ĕre, una

parco

pareo & simplicitèr pareo, φαίνομαι, item pro extare. *To appeare, to be seene.*

† Comparilis, V. Parilis.

Comparo, as, à con & paro, vel ex con & par, aliq. sign. comparationem facere, conferre, contendere, contentionem facere, συμβάλλω. item pro componere, aliq. pro constituo, facio, ordino, παρασκευάζω. item præparo, paro, συσκευάζω, item socio, conjungo, ζευγνύω, item compono, machinor, συσκευάζομαι, item emere, πορίζομαι, ἀνταλλάσσομαι, item habita ratione rerum & hominum aliquid statuo, accipitur & pro quærere sive acquirere, item assimulare, comparatum est ita, id est, constitutum, Ter. *To prepare, to compare together, to make equall, to appoint, to procure, purchase, or provide, to gather, to goe about to doe, to devise, to agree upon.*

† Comparsit, pro compescuit, Fest. ex Ter.

Compascо, is, ui, astum, ere, simul pasco, συννέμομαι. *To feede or keepe cattell in pasture together,* compascor, pass.

Compascuus, a, um, σύννομος, (ut ager compascuus qui relictus est ad pascendum communitèr vicinis) *Belonging to a pasture.*

† Compassio, onis, fœ. *A suffering together.*

† Compassum. *A Compasse, a Diall,* Barb.

† Compassus, a, um, p. *Suffered together.*

† Compater, ris, m. *A Godfather.*

† Compatior, eris. *To suffer together.*

† Compatriota. *He that is of the same Country.*

† Compatronus, ni, m. Ulpian *A Patron or compatron,* Cal.

Compavesco, is, συμφοβέω, Mac. *To be afraid.*

† Compavitus, a, um. *Trampled upon,* Ap.

† Compavo, is, & compavio, Ap. *To beat.*

Compeciscо, & compecisсor, Pl. V. Compingo.

Compedio, is, ivi, itum, pedes ligo, vincio.

Compeditus, a, um, compedibus ligatus.

† Compecto, is. *To kembe together.*

Compĕdes, um, f. plur. & sing. compes, Hor. & compeda, æ, Var. (vinculi genus, quo captivorum pedes constringuntur, Isid. compedes dict. quia continent pedes, Non. compedes non à pedibus dict. sed ab impedimento) πέδαι, πεδάκαι. *Fetters, Gyves, or shackles, also an ornament that women did weare,* Plin.

† Compedo, dis. *To fast together.*

Compedio, is, ivi, itum, ire, Var. ἐμποδίζω. *To shackle or fetter, to bind.*

Compĕditus, a, um, adject. Plaut. πεπεδημένος. *Fettered, given, shackled.*

Compellātio, onis, fœm. verbal. μετάκλησις, ἔντυξις, accusatio, criminatio. *A Blaming: a calling by names.*

Compello, as, ἐντυγχάνω, alloquor. *To speake to, to call, to accuse, to name with disgrace, to sue.*

Compello, is, uli, ulsum, ĕre, συναλαύνω, συνωθέω. propriè signif. diversa vel diversorum generum animalia eodem cogere, Serv. accipitur & pro cogo, adigo, vim adhibeo, impello, κατείργω. compellere in lethargum, id est, causam esse lethargi. Cels. *To drive, to gather together, to joyne, to force, to drive out, to compell.*

Compelluceo, es, uxi, ere, διαφαίνομαι. *To shine through.* Plaut.

Compellucidus, a, um, adj. Plaut. *That shineth through or bright.*

† Compendiari, Ter. *To be abridged*

Compendiariò, adv. Sen. συντόμως. *By a short way.*

Compendiarius, a, um, σύντομος. brevis, succinctus, & veluti ad certam per compendium ducens. *Briefe short, abridged.*

Compendiatus, Ter. *Abridged.*

Compendifacio, is, eci, ĕre, Plaut. συντίμνω, μισοδυτέω, orationis compendio utor. Dicitur & separatis vocabulis compendii facere, pro brevitèr dicere, uno verbo absolvere, vel tacere. *To abridge or make short, to gaine, to save.*

† Compendio, is. *To contract, to draw together.*

† Compendios è, adv. συντόμως. *Compendiously.*

† Compendiosĭtas, atis. *Compendiousnesse.*

Compendiosus, a, um, Colum λυσιτελὴς, valdè utilis. *Very profitable, very short, briefe, succinct.*

Compendium, ii, neut. g. σύντομος ἔπιτομη, à con & pendo, quòd ea quæ simul penduntur celeriùs expediantur, al. dict. quòd pertineat ad pondus, hoc est, pecunias corrodendas quæ olim appendebantur, huic contra dispendium, Cal. Var. ab ære pendendo compendium inquit, quod cum compenditur una fit. compendium generalitèr quemvis quæstum & lucrum signif. ὄφελημα, item pro via compendiaria & brevi accipitur, item compendium quævis brevitas dicitur in qua etiam utilitas est, quales sunt libri in quibus brevitèr summa operis alicujus colligitur. *A saving or sparing, a gaine by sparing, an abridgement.*

† Compendo, simplicitèr pendere

† Compensatè, adv. Gl. *With full recompence.*

Compensātio, onis, f. verbal. ἀμοιβὴ. *A recompense, satisfaction, amends making, a Reward.*

Compensativus, a, um, Fab. Vict. *Recompensing,* Cal.

Compensatus, a, um, adj. Gloss. *Satisfied, rewarded, recompensed.*

Compenso, as, freq. à con & pendo, ἀντιμισθόμαι, ἀνταλλάσσομαι. *To make recompence, to reward, to equall, to shorten, to value or esteeme.*

† Compensus, a, um. *Recompensed,*

† Comperce, pro compesce, Fest.

Comperendinatio, onis, verb. Pl. Jun. ἀναβολὴ, Est trium dierum dilatio, τελευταῖος, ὑστέρησις, item comperendinatio ab utrisque litigatoribus invicem sibi denunciatio in perendinum diem, ne scilicet alter litigatorum imparatus tergiversari posset. *Delaying from day to day, a prolonging,* V. Ampliatio.

Comperendinati rei. *Prisoners set at liberty upon bayle, or their owne words, and confined.*

† Comperendinator, oris, m. gen. Cal. comperendinatores, qui novam subinde causam comminiscuntur, quo negotium proferant, Spieg. *Protractors of suits.*

† Comperendinatus, us, m. idem quod comperendinatio.

Comperendinatus, a, um. *Prolonged, adjourned.*

Comperendĭno, as, à con & perendino, dictum est comperendinare, quasi in diem perendinum differre, propriè dicebatur comperendinare, inquit Gel. quando reus in tertium diem rejiciebatur, ἀναβάλλομαι, ὑστερημερεύω, fig. de die in diem differo ampliùs pronuncio, procrastino, amplio, differo. *To delay, to prolong, to deferre from day to day.*

Comperendinus, a. um, M. *Prolonged, deferred.* Comperendinus dies erat in jus vocationi dicendoque vadimonio destinatus. Cal κυρίαι ἡμέραι, dies comperendini. *Adjourned, deferred.*

† Compereo, is, ii, Diom. *To die with another, or perish together.*

Comperio, is, ri, ertum, ire, & comperior, vide perio, καταλαμβάνω, a con & πείσω pareo, vel rectiùs perio, item comperio est ab alio cognoscere, εὑρίσκω, compertum est mihi, hoc est, per investigationem cognovi. *By diligent search to try or find out, to know surely by proofe.*

Comperior, dep, id qd comperio.

Compernis, is, com. gen. qui pernis, id est, genibus, seu pedibus est plus æquo conjunctis, vel qui pedes habet longos, compernes, γονυκρότης, Gloss. συμμικὸς, vel σύμμικος, M. Fest. à con & perna, quod Hispanis

Hispanis significat pedem. *Hee that hath his knees too nigh together.*

† Comperpetuus, vide Coæternus.

Compertiùs, adv: Gel. *Very assuredly knowne, proved, &c.*

Compertò, Tac. absolutè. *When it is knowne and tried out.*

Compertus, a, um. adj. περιληφορημένος, πεπιστωμένος. *Found out, taken, knowne assuredly, provoked.*

Compes, vide Compedes.

† Compescatio, ōnis, f. g. Gloss. *A good carriage of ones selfe:* T.

Compesco, is, ui, ere. quasi eodem pascuo contineo, Fest. συγκλω, συνείργω. Compescere lucum est lucum suis finibus continere. *To represse, to stop, to quench, to assuage, to cease, to cut, to prune; also to feed or pasture together.* Fest.

† Competalitia, ōrum, n. Vide Compitalia.

Competens, tis, adj. Digest. ἁρμόδιος. *Competent, convenient, sufficient.* competens judex, cujus de ea re, vel jurisdictio, vel judicandi potestas est. Competentes, Plin. Jun. *Suiters for one and the same thing.*

Competenter, adv. id est, mediocriter. μετρίως. ut par est, πρεπόντως, item convenienter, sufficienter. *Sufficiently, indifferently, meanely, conveniently, proportionably, agreeably.*

Competentissimè, Ap. vide Convenientissimè.

Competentia, æ, f. g. id est, convenientia, Gel. ἀναλογία. *Sufficiency, that which is sufficient.*

Competitio, fœm. Gloss. ἀντιτύπησις. *A striving together or suing for a thing.*

Competitor, ōris, m. gen. verbal. competitores qui magistratibus, officiis, & honoribus petendis concurrunt, συμμετίων, ἀντιποιούμενος. *He that sueth for the same thing that another doth.*

Competitrix, icis, f. παραγγέλλεσα. *She that sueth for the same thing that another doth.*

Competo, is, ivi, itum, ere, συμμετίημι, aliquandò significat parem esse vel convenire, Non. συνάπτω, συμπίπτω. item aliquandò animi vel corporis parte aliqua competem esse, vel constanter valere, item verbum Juriscon. peridoneum & aptum esse, item competere pro deberi, item honorem, dignitatem, vel aliud quippiam contra aliquem peto. *To aske or sue for the same thing another doth, to agree, to be meete or convenient; also to bee in good health, to appertaine, to joyne to*

† Compingōro, similiter pignorare.

Compīlātio, ōnis, f. g. verb. περιούλησις. *Pillage, robbing, polling, a compiling.*

Compīlātor, ōris, m. compilatores improbi spoliatores. *An extortioner or hee that heapeth up things.* Vide Calv. lex Jur.

Compīlātus, a, um. Non. περισεσαλημένος. *Robbed, pilled.*

Compīlātus, us, m. Non. idem quod compilatio.

Compīlo, as. συσκευάζομαι, περισυλάω, ex com & pilo, signif. item furripio, quiâ quæ fures auferunt ea pressim colligunt quod est compilare. Ascon. compilârit, pilos pervellerit, sic fraudaverit furto ut nè pilos quidem in corpore spoliatis relinqueret. hæc Scal. non probatur ob differentiam quantitatis in pilo & pilus, sed inquit Scalig. compilare cogere, verbum est militare, nam pilatum agmen dicebat pressum ac densum. Vide Scaliger ad Fest. compilo, undique furripio, dict. vel à πιλῶ, quod est complano, al. ab eo quod pilotas fures Græci appell. compilo, id est, συμπίλω, id est, cogo, constipo, comprimo. *To take by extortion or wrong, to robbe, to pill, to heape together, to chip or hew.*

Compingo, is, egi, actum, ĕre. ex con & pango, contrudo, detrudo, compello, interdum pro compono, conjunge, συμπήγνυμι, συνωθέω. *To compact or make fast together, to put together, to make as one maketh a Ship or other such like thing.*

Compīta, ōrum, n. g. (loca quæ petuntur, id est, adeuntur, per diversas vias ubi viæ competunt, id est, conveniunt, qu. competa) ἀμφόδα. *Places where many wayes doe meete, or where two Streets doe crosse, crosse wayes.*

Compītalia, ōrum, n. Festa quæ in compitis peragebant. *Feasts solemnized in crosse wayes or Streets or the corners of Streets.*

Compītālis, le, Suet. *Belonging to Streets or places where many wayes meete.*

Compitalitia, ōrum. subst. Cic. compitalitiorum dies.

Compītalitius, a, um. ut compitalitius dies, quo compitalia celebrantur, & Deus compitalitius, qui compitis & viis præest. ἀγυιεύς. *Of or pertaining to the Feasts of Compitalia.*

† Compito, & compictito, freq id est, compingo.

Compītum, & compitus, ti, Var. Vide Compita.

Complacco, es, ui, itum, ĕre, Ter. ἀρέσκω. *To please or like well.*

Complaco, as, Cel. ἱλάσκομαι, ἐξαρέσκομαι. *To please, to appease, to pacifie, to asswage.*

† Complanabilis, le, adj. Hyg. *Easie to be made plaine.*

† Complanatio, ōnis, fœm. gen. Gloss. ὁμαλισμός. *A making plaine or smooth.*

† Complanator. *Hee that maketh even,*

† Complanatus, a, um. Gl. *Made even.*

Complano, as. ὁμαλίζω, χθαμαλόω. *To make plaine or levell, to polish, to finish, to cast to the ground.*

Complaudo, is, si, sum, ĕre. κροτέω, κροταλίζω. *For joy to clap the hands.*

† Complectite pro complectimini, Non. ex Pomp.

† Complector, pass. Scæv.

Complector, ĕris, xus, sum, ti, dep. à con & plector, ex plico, περιολέκομαι, λαμβάνω, complector te amore, id est, amo te. complecti obsidione & munimentis, complector cogitatione, cogito, complector, animo, confidero. complector etiam passivè legitur, Scæv. *To containe, to embrace, to describe or handle in words, to love well, to associate.*

Complementum, ti, n. id est, supplementum, ex compleo, ex con & pleo, πλήρωμα. *A furnishing, filling up, perfecting that which wants, a complement.*

Compleo, es, ēvi, etum, ere συναναπλήθω, συμπληρόω, ad summum seu penitùs impleo, conficio, telis complebantur corpora, per transl. pro finire, interdum pro supplere, perficere, integrare. *To fulfill, to accomplish, to performe, to fill, to set about.*

† Complet ōrium, ii, n. *Prayers at the end of Masse.*

Completus, a, um. τέλειος, perfectus, absolutus. *Fulfilled, complete, finished.*

† Complex, icis, Isid. συγκάτης, qui uno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum. *A Partner or companion.*

Complexio, ōnis, f. verb. à complector, συμπλοκὴ, σύμπλεξις, complexus, item complexiones, copulationes, & adhæsiones, complexio item à Rhetor. appell. δίλημμα, dilemma i. an argumentum cornutum. *A comprehending, embracing, agreement of words in a sentence, a period in a sentence; also the conclusion of a syllogisme or reason.*

† Complexionalis, le, adj. & complexionalitas & complexionaliter.

† Complexivus, a, um. complexiva conjunctio, i. copulativ. Diom. 2.

Complexus, a, um. act. περιπλέξας, & pass. v. περιπλεχθείς. *That embraceth or containeth; also embraced, contained.*

Complexus, us, m. g. συμπλεξονὴ. *An embracing, a taking in his*

armes, also love. Item pro comprehensione & circumstantia, Quin. *Also a fathome.*

† Complicatilis, le, adj. Gl. *Easily folded.*

† Complicatio. *A folding together.* Perot.

Complicatus, a, um. *Folded or wrapped together.*

† Complicitas, atis. *A consenting in evill.*

† Complicitùs, adv. *Foldingly, bendingly.*

Complico, as, ui, & avi, itum, & atum, Plaut. simul plico, involvo, claudo, sign. item contrahere, συμπλέκω. *To fold up, to wrap together, also to contract.*

Complōdo, is, sum, ere, Senec. συγκρούω, à con & plaudo. *To clap together.*

Complōrātio, ōnis, f. Liv. ὀλοφυρσις, θρῆνος. *A lamentation, weeping, or wailing together.*

Complōrātus, tus, m. g. idem.

Complōro, as, ἀποδύρομαι, κατακλαίω, θρηνῶ. *To bewaile, to weep together.*

† Complosus, a, um. *Striken, or shaken together.*

† Compluo, is, ui, utum, ĕre. *To raine upon.*

Complures, c. g. & complura, & compluria, n. gen. posit. grad. non comp. est & complure, n. g. sing. antiq. simul plures, συμπλείονες. *Many together.*

† Compluriens, adv. Fest. *Many or oftentimes.*

Compluries, adv. Plaut. πλεονάκις. *Many, or oftentimes.*

Complusculi, orum, dim. *Many, some together.*

Complutus, a, um, Sol. *Covered, or wet with raine.*

Compluviatus, a, um, Plin. ad compluvii modum factus. *Fashioned like a gutter.*

Compluvium, ii. n. Col. (à pluvia dicitur locus in ædibus quòd diversis tectis aqua pluvialis defluit, κατάκλυσμον.) *A penthouse, or eves by which water slideth.*

Compluvius, a, um, Var. ὀμβρα δεκτικός. *Whereinto raine water falleth.*

Compondĕro, as, Ap. συσταθμίζω. *To weigh.*

† Componista, voc. barb. *A musitian that setteth songs and lessons.* v. Musurgus.

Compono, is, sui, itum, ĕre, συντίθημι, συναριθμέω, simul pono, conjungo, aliquando pro constituere, συνάπτειν, κατακοσμεῖν. accipitur & pro ædificare, item pro comparare, aliq. pro ornare, εὐθετεῖν, aliq. pro colligere, συλλέγειν. aliq. pro reficere, recreare, aliquand. prolenire παύειν, quandoque pro finire, claudere. aliquando pro ad concordiam adducere, συναλλάττειν, καταρτίζειν. aliq. pro fingere, simulare, πλάττειν. componere pretio pro redimere. aliq. pro sepelire, item proscribere. *To put or joyne together, to dispose in order, to ordaine, to confer, compose, to compare, to adorne, to gather, to recreate, to mitigate, to agree, to dissemble, to write, to bury, to assemble, or heape together, to build, to set himselfe to, to draw out, to devise, appoint, to fashion himselfe to, to couch or lay.*

† Comportionalis, le, Hyg. *Which is in possession of diverse men.*

Comporto, as, συμφορέω. *To beare, or carry together.*

Compos, otis, com. g. ἐγκρατής, ἐπιτυχής, ἐπίβολος. (qui alicujus rei potis est, societatem potestatis significat. id est, particeps, ex con & pos, id est, potis.) cum ablativo, ut animo compos, Sallust. *That hath his desire or purpose, mightie, puissant.*

Compositè, adv. συντεταγμένως. *Orderly, fitly, properly.*

Compositio, onis, fœmin. gener. verbal. Liv. à compono. κατάστασις, διάταξις, διακόσμησις. confectura, structura, coagmentatio, interdum dispositio. *A confection, a mingling or joyning together, a proportion, an agreement, composition, or compounding.*

Compositiùs, adverb. Tacit. *More orderly.*

Compositò, adv. κατὰ σύνθημα. *Of purpose, for the nonce, of set purpose.*

Compōsitor, ōris, m. verb. συντάξας, συγγραφεύς. *He that setteth, joyneth, or composeth things together, a maker, a compositor.*

Compositura, vel Compostura, æ, fœm. gen. Cato. idem quod Compositio.

Compŏsĭtus, a, um, compositior, compositissimus, διατεταγμένος, ἡρμοσμένος, συνεσταλμένος. *Set together, set in array, appointed, made ready, disposed, proper, meet, calme, moderate, devised, agreed.*

Compositus morbus. *A disease in which other diseases are met, especially diverse Feavers.* Stupanus.

† Compossessor, ōris, m. Gl. *That possesseth together.*

Compostus, a, um, pro Compositus. Vir.

Compotatio, onis, fœm. gen. verbal. συμπόσιον. *A banquet or drinking together.*

Compotiuncula. *A small banquet.*

Compotator, m. Firm. συμπότης. *A cup companion.*

Compotatrix, fœm. gen. vide Compotrix.

Compotens, ad. *He that hath his desire.* Firm.

Compotio, tis. *To garnish, to invest.* Est etiam compotem facio, Pl. *To obtaine.*

† Compotista, æ, m. *A caster of accounts.*

Compoto, as, συμπίνω. *To drinke, to banquet together.*

Compōtor, ōris, m. g. συμπότης. *One that drinketh with another, a pot companion.*

Compotrix, icis, f. Ter. συμπότρια. *A drinking gossip.*

Computus ager. Auth. Lim. *That which hath the quantity set downe in the land marke.*

Compræs, dis, m. g. Fest. ex com & præs, συνεγγυητής. *A pledge or surety with others.*

Comprāndeo, es, Firm. *To dine together.*

Compransor, oris, masc. verbal. συναριστέων. *He that dineth with another.*

Comprĕcātio, onis, f. verb. Liv. ἐυχή, κατευχή. *A praying, entreating, a supplication.*

Comprĕcor, aris, δέομαι. *To desire, to pray, to beseech.*

Comprehendo, dis, di, sum, ere, περιέχω, συλλαμβάνω, propriè est manu capio, per translat. pro percipere vel intelligere, καταυσεῖν, aliquando pro perstringere, concludere, vel complecti, aliquando, pro prosequi. *To take or lay hold of a thing, to containe, to perceive, to utter in words, to conclude, to prosecute, to take rest.*

Comprehensè, adv. ut comprehensè loqui, Cic. *To speake briefly or in a few words.* Coop.

Comprehensĭbilis, le. *That may be comprehended.*

Comprehensio, ōnis, f. g. καταλήψις. *A taking or laying hands on a thing, containing, understanding, a period or full sentence, a direction.*

† Comprehensivus, a, um. *That which layeth sure hold of.*

Comprehensum, si, n. g. καταληπτόν *Sure knowledge of a thing.*

Comprehensus, a, um, συνειλημμένος. *Holden, contained, conceived, compassed, concluded.*

Compressè, adv. συντόμως. *Briefly, or in few words.*

† Compressor, oris, m. *A deflowrer.*

Compressio, ōnis, f. g. verb. σύνθλιψις. Compressio est laterum cujusque vasis adstrictio & angustatio per coalitum. *A presing or thrusting together.*

Compressiuncula, æ, f. g. dimin. idem.

Compressiùs, adverbium. *More briefely.*

Compressus,

Compressus,us, m. g. idem quod compressio. *Also destowring, ravishing,* φθορά.

Compressus,a, um, par. συμπιεσθεὶς *Prest close, kept under, appeased, represſed, ravished, hidden, also deflowred.*

Compressior,comp.

Comprimo,is,ssi,ssum, ĕre, ex con & premo, συμπιέζω, premo, ut uvæ comprimuntur quo vinum effluat, item cohibeo,compesco,comprimere asium, hoc est, sistere, cohibere, item pro supprimere, comprimere virginem pro vitiare. *To presse, to appease, to destoure,* βιάζομαι, φθείρω. *To shut or close, to oppresse, to represse.*

Comprŏbātio,onis,fœmin. gener. verbal. δοκιμὴ. *The approving of a thing.*

Comprŏbātor, ōris, m. g. verbal. δοκιμαστής. *He that alloweth.*

Comprŏbo,as, δοκιμάζω, ἀποδέχομαι. *To receave to be true, to approve,to commend.*

Compromissārius, a ,um, adject. διαλλακτήριος, Judex compromissarius, cui res ab utroque litigatore ex compromisso commissa. *He that is chosen by consent as indifferent.*

Compromissum, ssi, n. g. dicitur potestas decidendi controversiam aliquam data arbitro à litigatoribus per utriusque promissionem,qua polliciti sunt se ejus judicio obtemperaturos, aut mulctam quæ inter eos convenerat persoluturos, ἐπιτροπὴ. *The authority granted the Arbiter by consent of parties, compromise.*

Compromitto,is, si, ssum, ĕre, est una cum adversario litem arbitrio boni viri submitto, promittebat enim uterque se arbitri sententiæ pariturum, ἐπιτρέπω. *To put to compromise, to promise together, to put to arbitrement of an indifferent Judge.*

† Comprovincialis Episcopus *A Bishop of the same province,* Acerd.

Comptè, adverb. *Finely in apparell.*

† Comptorius,a, um. *That which setteth a glosse on a thing to deceive, belonging to adorning.*

Comptum,genus libaminis quod ex farina conspersa faciebant,comptum Afranius pro cultu & ornatu posuit, Fest.v.Coniptum.

Comptus,us,m.verb.à Como, Liv. ἔξάρτησις, κόμωσις. *Trimming, decking,attire.*

Comptus,a,um p.à comor,κεκαλλωπισμένος. *Decked,trimmed,finely kembed.*

Compugno,as,Cel.à μαχοβιτῶ. *To fight together,to contend in words.*

Compulsio,ōnis,f. Digest. συμβιασις. *Compulsion, constraint.*

† Compulso, as, freq. *To beat or strike much or often against something.*

† Compulsor,oris,Coop. *He that compelleth.*

Compulsus,a,um, particip. ἀναγκασθεὶς. *Compelled,forced,hit or knockt with.*

Compunctio,onis,f.Pli. κατάνυξις. *A pricking,a stitch.*

Compunctus, a, um, adjectiv. ἐστιγμένος. *Marked, pricked, stitched, spotted.*

Compungo,is,xi,ctum, ĕre, κατανύσσω, κατασίζω. *To pricke, strike, or push, to sting,to torment, to astonish, to offend.*

† Compurgo,as,v. purgo.

† Compuro, as, simul purare. *To cleanse together.*

Computabilis,le, Plaut. ἐναριθμήτος. *Accomptable.*

Computatio, ōnis, f. g. verb. à computo, Plin. λογισμός, συλλογισμός. *An account or reckoning, or pruning.*

† Computatiuncula,æ,f. Gl. *An account.*

† Computator,ōris,m,*An accounter.*

† Computista,æ, masc. qui docet computum, vel vacat computo.

Computo,as, idem quod putare, sive ramos supervacuos abscindere, κλαδάω, κλαδεύω, ἀποτέμνω, frequentiùs ponitur pro rationes confero, calculos subduco, computum facio, συμψηφίζω, συλλογίζομαι. *To thinke or judge,to prune or cut off.*

† Computreo,es, antiq. *To putrifie.*

Computresco,is,trui,ĕre.Pl.σήπω. *To putrifie, or wax rotten.*

† Computum, ti,n.g.*An accompt.* Computus, i, idem. numeratio vel muneri assignatio, ψῆφισμος. *An account of yeares.* M. ex Scaliger. ex Firm.

† Comydris, idem quod Psilium.

† Comydrium, κωμῳδρίου, vilis quædam herbula.

† Comus, mi, Hes. κῶμος, dic. quicquid in cœtu alicuo proceivè geritur, sive sit potatio, sive amatoria lascivia,M.

Con & cum idem significant, sed cum separata, con composita est præpositio,& significat simul,ut conjungo : interdum contra,ut contendo : interdum valdè ut concrepo, con & ξυν,nam ξυν fuit particula completiva ἤγουν. Scal. li. c. 155. & 34. σὺν sign. simul quando componitur cum dictione à vocali vel h, incipiente semper abjicitur n, ut coapto, cohorto,&c.quando componitur cum cum b,m,vel p,mutatur in m,quando componitur cum d,f,g.n,q,s,t,v, & u, consonantibus manet n integra,in reliquis mutatur in sequentem literam, v. Cal.& Scal.

Conabundus,a,um.Firm *Striving to do something.*

Cōnamen,inis,n.g.Lucret. πεῖρα, *Endeavour,labour,diligence, study, an assay.*

Cōnāmentum,ti,n. Plin. *That aideth or helpeth in doing,that which one useth to plucke or reach at a thing that he cannot easily come to.*

† Conarem, pro Conarer, Ennius.

Conarium,ii,n.g. Gr. *A kernell sticking to the outside of the braine, in forme of a Pine Apple.*

† Conaros, κοναρὸς, ab Alexandrinis appellatur, frutex quidam aculeatus teste Agathocle, qui à Dios. palinurus vocatur. vide Ruel. 1. 107.

† Conātum, ti, n. Non. *A thing whereabout labour hath beene taken.* Morel.

Cōnatus, a, um, particip. à Conor, πειράσας. *Which endeavoureth or forceth himselfe to doe something.*

Cōnātus,us,v.Conamen.

† Conauditum,v.Coauditum,vide Fest.

Combibo, is, Ter. συμπίνω. *To drinke together.*

Concæco,as,Sen. μυθέω, καταλέζω. *To defile with ordure.*

Concædes,ium, fœm gen.Tacit. sepimenta sive munitiones, ex cæsis arboribus confecta, τὰ ὑλοτομηθέντα. *A fortification made of trees cut downe,the fragments of any thing that is cut.*

† Concœno.*To sup together.*

Concălĕfacio, is, eci, actum, ĕre, θερμαίνω. *To enflame, to warme, to chafe,to set on heate.*

Concălĕfactio,ōnis,f.g. Plaut. *A warming together.*

† Dardana, æ, f. g. Apul. *A kinde of burre.*

† Dardaniæ artes. *Witchcraft.*

† Daricus, δαρεικός, Jun. *A kinde of coyne having the Image of* Darius, ii, s.

Darsis, i. e. excorsatio, v. Stup.

† Darton. *A thinne skinne covering the nerves by which the testicles hang, or skin that hideth the cullions*, Cels. *A kinde of fish*, Ath. V. Lex græ. δαρτὸν, in radice δέρις, à qua originem sumit dartes, Stup.

† Dartos, græc. δάρτος, Athen. *A kinde of fish*, gr. *also a membrane*, vide Darton.

† Dasi pro dari, Fest.

† Dasia, Isid. δασεῖα, dasea vel dasia flatilis, δασεῖα, scil. φωνή. Prisc. l. de accent. densitas spiritus, signum est vocalis aspiratæ. *Shortnesse of breath.*

† Dasisahan, aspalathus, אשחש דאר daar shishagnon.

† Dasmaphon. *A kinde of* Thlaspi, Dod.

† Dasymma, oculi vitium, id. qd. trachoma, Stup.

† Dasypus, odis, m. g. gr. δασύπους, dict. quod densos & pilosos habeat pedes. *A hare or coney*, Pl.

Dātārĭus, a, um, Plaut. ἀμισθός, χαριστήριος. *That is freely given.*

Dātim, adv. Plaut. ἀλλαλόδοτος *One giving to another.*

Datio, ōnis, f. δόσις, δώρημα. *A giving, a gift, a dole.*

† Datiathum, thus minus probatum & secunda vindemia.

† Datitius, Gl. id. qd. dedititius.

Dativus, a, um, Quint. δοτικός, propriè est, qui dari potest, Isid. dativ. quia per eum alicui, aliquid nos dare demonstramus. *Dative, that giveth.*

Dăto, as, freq. à do, Plaut. *To give often.*

Dător, ōris, m. Plaut. δώτης, δοτήρ. *A giver.*

† Dăturĭ, vet. pro datum iri, Hor.

Dătum, ti, n. *A gift*, δώδεν, δώρημεν. *A thing given.*

Datur, imp. *It is given, or is in my power.*

Dătūrus, a, um, p. δώσων. *About to give, ordaining, making.*

Dătus, us, m. Plaut. δωρία, δόμα. *A giving.*

Dătus, a, um, p. δοθείς, δωρηθείς Ov. *Given.*

Daucus, ci, m. gen. δαῦκος ἢ δαῦκον, Daucus, σαῦκος, herba quæ & daucum, n. M. à δαίω uro, & divido, activè δαίκος est audax, qui & Græcis δέρμις, daucus, Scal. ex δαδῶκος deni laucus. *A kinde of Carret*, Plin. 25. 9.

† Dau'um lignum semustum, Cæl. 18. 14.

Daunius, ii, m. gen. Juven. id. quod Iambus.

† Daunus, a, um Gl. *A foole*; V. Dalivum.

Dautia, quæ & laut'a dicimus, munuscula quæ dantur legatis hospitii gratia, Fest.

D *ante* E

De παρὰ præpositio est, quæ separata signif. ἀπὸ, hoc est, á vel ab, *of or from.* Item περὶ, *concerning or about.* Item propter διὰ, de signif. deorsum, sicut sus sursum, ut susque deque fero. Ponitur item pro è, de nocte abire, id est, in nocte vel per noctem, signif. item *at or about*, ut de media nocte, de tertia vigilia. Aliquando detractionem notat, ut decortico, deplumo. Aliquando, deorsum, ut descendo, defluo. Aliquando non, ut delumbe, id est, non habens lumbos. Interdum activa sivè intensiva est, ut deamo, depravo. Aliquando diminutiva, ut decresco, defervesco. Aliquando privativa sivè negativa, ut desparatus, demens, interdum localem vim obtinet, ut deambulo, aliquando deficientem vim sui simplicis indicat, ut dedisco. Aliquando est honoris exhibitiva, ut defero, deduco. Aliquando significat in totum vel omnino, ut demando. Aliquando palam seu apertè, ut demonstro, vide Cal. & Mar. De quandoque auget, ut in dictione depositum. De item pro à, sic de te stipulatus. Aliq. sig. è vel ex, ut de domo pro ex. Aliq. pro vel propter sign. Aliq. pro super, aliq. denotat causam materialem, aliq. proxmam & efficientem, v. Calv. *Of. from, in, or, at, by, according, as touching*, de die, de nocte, *in the beginning of the day or night.*

Dea, æ, f. à Deus, θεὰ, θεὸς. *A goddesse.*

Deacinatus, a, um, ἀπεῤῥαγισμένος. Cato de re Rust. cap. 26. *That is cleansed, of the kernels of grapes or such like fruit*, ex de & Acinum.

Deactio pro peractio, Fest.

† Dealbarium, ii, n. g. κονίαμα. *A whiting or pargetting*, Cod.

Dealbatio, ōnis, fœmin. gener. August. κονίασις. *A whiting or pargeting.*

Dealbator, ōris, m. κονιατής. *A pargeter, one that seeleth or whitelimeth*, Cod.

Dealbātus, a, um, κεκονιαμένος. *Whited.*

Dealbo, as, λευκαίνω. *To whitelime or parget.*

Dealbor, āris, Aug. *To be painted over with white.*

† Deamabilis, le, Aug. *Worthy to be greatly beloved.*

† Deamantèr, adverb. Gl. *Very lovingly.*

† Deamaro, as, Hyg. *To make very bitter.*

† Deamatio, ōnis, f. Gloss. *Loving entirely.*

† Deamator, ōris, m. Gl. *That loveth entirely.*

Deambulacrum, cri, neut. gen. Hier, περίπατος. *A gallery or place to walke in.*

Deambulātio, ōnis, f. g. Ter. περίπατος. *Walking abroad.*

Deambulatiuncula. *A little walke.*

† Deambulator, ōris, Gl. *He that walketh.*

† Deambulatorium, ii, neut. gener. Vall. idem quod Deambulacrum.

Deambulātorius, a, um, particip. Vitru. *That is changeable or moveable.*

Deambulatrix, f. g. Aug. *A woman that gaddeth, and walketh hither and thither.*

† Deambulatus, us, subst. *A walking.*

Deambulo, as, περιπατέω. *To walk abroad.*

† Deamena, f. g. Gl. *The goddesse that ruleth over mens fruitfull wombes.*

Deamo, as, σφόδρα. *To love greatly.*

Dearchus, chi, m. g. *A Captaine or Governor of ten*, Cath.

† Deargentascere. *To steale or take away mony or silver*, Coop.

† Deargentatio, ōnis, Gloss. *A laying over with silver.*

Deargentator, oris, masc. gen. Firm. *That hatcheth, or layeth over with silver.*

Deargenteus, a, um, Firm. *Silvered over.*

Deargento, as. *To take off silver.*

† Dearmatio, ōnis, f. g. Gl. *A disarming.*

Dearmatus, a, um, Liv. ἀποπλισμένος. *Disarmed.*

† Dearmor, āris, Aug. *To be disarmed.*

† Deartuatus, a, um. *Dismembred*, ex artus.

Deartŭo, as, ex de & artus, ἐξαρθρόω. *To joynt, quarter, cut in peices, dismember, diminish.*

† Deauratio, onis, f. Gloss. *A gilding.*

† Deaurator, ōris, Cod. *He which gilds th.*

Deauratus, a, um, adjectiv. *Gilded.*

Deauro, as, χρυσόω, inauro, auro tego. *To gild*, inauro, *to lay over with gold.*

† Debacchatim, Vide Bacchatim.

† Debaccatio, ōnis, fœmin. gener. Firm. βάκχευσις. *A raging or madnesse.*

Debacchor, āris, Ter. παροινέω, βακχεύω, debacchari propriè est præ ebrietate furere, bacchari. *To rage or raile like a drunken man, to be wood, angry*, v. Baccor.

† Debarbatus, a, um, Gl. *Having his beard cut off, shaven.*

Debasiator, ōris, m. Ap. *A kisser.*

Debellandus, a, um, partic. Virg. καταπολεμητέος. *Due to be vanquished.*

Debellatio, ōnis, f. Hier. *A vanquishing.*

Debellato, vice adv. Liv. *As though the war were finished.*

Debellātor, ōris, masc. gen. Stat. καταγωνιστής. *A vanquisher, a conquerer.*

Debellātōrius, a, um, Firm. *Of a conqueror, terrible.*

Debellatrix, f. g. Gl. *She that conquereth.*

Debellatus, a, um, part. Liv. ἐκπολεμηθείς. *Vanquished, subdued by warre.*

Debello, as, Pl. καταπολεμέω, καταγωνίζομαι. *To vanquish or overcome by war*, debellatum est. *Warre hath beene made.*

Debens, ntis, part. *Owing, behooving.*

Dēbĕo, cs, ŭi, ĭtum, ēre, ὀφείλω ex (ɔm chob, ex de & habeo, al. ex de & beo, quoniam debitores nec beati esse queant.) Perot. cui debeo de eo habeo. Debere de alieno habere, debetur inventio illi. *It is due unto or ought to be ascribed unto. To owe, to be due to, to be bound unto.*

Debibo, is, Solin. *To drinke up all.*

Dēbĭlis, le, ἀσθενής, ἀῤῥωστος, ex de & habilis, id est, parum habilis, alii ex de & bilis, i. fine bile. *Weake, faint lame, maimed.*

† Debilitamentum, ti, n. Aug. vide debilitatio.

Debilitas, atis, f. ἀσθένεια. *Weakenesse, debility.*

Debilitātio, ōnis, fœm. ἀσθένημα, ἀῤῥώστημα. *A weakening, a discomfiting.*

Debilitator, oris, m. Aug. *He that maketh weake.*

Debilitātrix, f. g, Hier. *Shee that weakeneth.*

Debilitātus, a, um. p. *Weakened, discomfited.*

Debilitĕr. *Weakely.*

Debilito, as, ἐξασθενίζω. *To weaken, to make feeble, to discomfit, to discourage.*

Debilītor, āris. *To be weakened.*

Debilitudo. *Weakenesse.*

† Debilo, pro debilis, Em.

Debitio, onis, f. ὀφείλησις, ὀφείλημα. *An owing.*

Debitor, oris. m. χρήστης, ὀφειλέτης. *A debter.*

Debitrix, icis, fœm. Vlp. *Shee that oweth.*

Debitum, ti, n. χρέος, ὀφείλη, facere gratiam debiti, id est, remittere, debite viam venire, est debitum posse petere, debitu iri, vetust. pro debitum iri. *A debt.*

Debituri,

Debituri, pro debitum iri, ſicut daturi pro datum iri, & defenſuri pro defenſum iri, Antique, v. Calv.

Debitus, a, um, part. ὀφειλόμενος. *Due, owing.*

Deblacterare eſt ſtultè loqui, nam Græc. βλακὰς ſtultos appellant, Feſt.

Deblateratio, onis, fœm. gen. Ap. σωρρμολογία. *A chatting or babling abroad.*

Deblateratus, a, um. part. Gel. *Fooliſhly babled.*

Deblatero, as, Feſt. deblactero, Pla. σωμύλλω, φλυαρέω. *To bable or ſpeake idlely.*

Deblăteror, āris, Ap. *To be babled abroad.*

† Deblatio, is, ivi. Plaut. *To tattle, blab or tell tales.*

† Debraccho, as. *To pull off breeches.*

† Debreviatio, ōnis, ſœm. Cod. *An abridgement.*

† Debreviatus, a, um, Cod. *Abridged.*

† Debrior, pro Ebrior.

† Debuccinator, oris, m. *One that greatly commendeth.*

Debuccinatus, a, um, Mar. *Blowne abroad.*

† Debuccino, v. Buccino.

† Debullio, Glo. *To bubble or ſeeth over.*

† Debullitio, Aug. *A bubling or ſeething over.*

† Deca, Gr. δέκα. *Ten.*

Decachinnor, aris, Ter. *To laugh to ſcorne.*

† Decacordium, δεκάχορδον, inſtrumentum muſicum ſic dict. quod decem habeat chordas.

Decaclinion. *A dining chamber with ten tables in it, or where ten might dine,* Cœl. 27. 24.

Decacuminatio, onis, ſ. Pl. βλασολογία. *A lopping of tops.*

Decacuminator, maſcul. gener. Tert. *One that cutteth off the tops of trees.*

Decacuminatus, a, um. *Having the top cut off.*

Dēcacūmino, as, ex Cacumen, Col. cacumen præcido, vel cacumine privo, ἀκροτηριάζω, βλασολογέω. *To cut or ſtrike off the top, to take to cut.*

† Decadorus, a, um gr. δεκάδωρος. *Ten handfuls long,* Cal.

† Decaduchi. *One of the ten Governors of Athens, after they had expelled the tyrants.* Decăduchi, *the ten Governors,* Cæl. 32. 14.

† Decalanticare, id eſt, calanticam deponere, calantica. *A womans miter.*

Decalcātum, vel decalicatum, i. calce litem, Feſt. ψοβεσμένον.

† Decalciātor, oris, maſcul. gen. Gloſſ. κονιατής. *He that whiteth over with lime.*

Decalogus, Græc. decem verba dict. quod decem legis præcepta contineat, δεκάλογος. *The Decalogue or ten Commandements, or words.*

Decalvator, m. Tart. *He that maketh bald.*

Decalveſco, Aug. *To waxe bald.*

Decalvo. *To make bald.*

† Decameron, Græc. à δέκα decem, & μέρος pars. *That is of ten parts.*

Decanatus, us, m. eſt ſocietas decem virorum.

† Decania. *A deanry.*

† Decanica, loca ſunt publica, & pro carceribus quandoque uſurpari invenimus.

† Deciniſſa. *A deanes wife.*

† Decantatio, Gloſſ. *A praiſing, a chaunting.*

Decantatrix, icis, ſ. Apul. *A woman ſinger.*

Decantatus, a, um, participium, πολύφημος, πολυθρύλλητος. *Much ſpoken of.*

Decanto. as, ἐπιφημίζω. *To report often of, to praiſe much, to inchant, to charme.*

Decanus, Veget. ex Decas. *A Captaine over tenne, alſo a Deane.* Alciar.

Decanus chriſtianitatis. *A rurall Deane.*

† Decaphoron, ri, n. Græc. lectica quæ fertur à decem hominibus, δεκαφόρον. *A litter or like thing borne betweene ten.*

† Decapillatus, Gl. *That hath his haire pulled or fallen off.*

Decapillo, as, Marcel. *To pull off haire.*

† Decapito, as. *To pull off the head.*

† Decapolis, Gr. δεκάπολις, à δέκα decem & πόλις urbs.

† Decaproti, Vlpian. Græc. δεκαπρῶτοι, id eſt, decem primi, Vide Calv.

† Decaprotia, æ, fœm. gen. Græc. δεκαπρωτία, Alc. Lat. decemprimatus.

† Decapulo, as, à capulis deduct. quæ ſunt vaſa anſata quibus oleum depleri ſolet, μεταχίζω, Pli. 15. 6. *To make empty or poure out of one veſſell into another.*

† Decarchus, chi, maſc. gen. Gr. δεκάρχος, Valla, qui decem præeſt militibus. *A Captaine or Ruler over tenne.*

Decas, ădis, (Græc. δέκας, quibuſdam dict. quaſi δεχας, quod omnem in ſe recipiat numerum.) Liv. *Containing the number of ten, a Decade.*

† Decaſtylus, decem habens ſtylos.

† Decatores & decatentus dicunt qui decimas exigunt, decatenterium nauli genus, decatelogi qui viceſimas colligunt, iidem decatones, Cæl. 32. 14.

† Decatothoma. *A medicine made of ten ingredients.*

Decauleſco, is, ere, Plin. ἀποκαυλᾶμαι. *To grow like a ſtalke.*

Decedens, p. à decedo.

Decederit pro deceſſerit, Calvin.

Decedo, is, ſi, ſum, ἀποχωρέω, ἀφίσημι. abeo, diſcedo, decedere de ſumma eſt de ſumma aliquid detrahi, eamque imminui; item decedere eſt detrahi ſive minui, interdum idem quod ſimplex cedo, hoc eſt, locum do, decedere via eſt per errorem ſive honoris gratia digredi, decedere de ſuo jure, eſt non ſummo jure agere, ſed aliquid ſui juris condonare comiter. Rurſus decedere ponitur pro mori, decedere officio vel de officio, quod eſt contra officium aliquid facere, dies decedens, id eſt, occaſus. *To depart, to give place, to yeeld from, to change, to die, to diminiſh, to digreſſe, to eeaſe.*

Decedor, paſſ.

Decem, adj. indecl. plur. ex δέκα. *Tenne.*

December, is. m. g. ποσειδεών, nomen menſis dict. quod decimum locum teneret, antequam additi eſſent Januarius & Februarius, vide September. *The moneth december.* December eſt decimus menſis à Martio, ber eſt adjectio ſyllabica fluxionis ergo. Quintus menſis quintilis, & ſic deinceps uſque ad December, Var. Priſcianus, lib. 3. illa eſſe putat ab imber. imber, imbris, antiq. Decembris, &c. uſurpab. in nominativo, Iſid. 5 33. illos menſes ex numero atque imbribus accepiſſe vocabula, cauſam hanc habent, qui eos ſequuntur quod menſibus il is ſint frequentes imbres ſeu pluviæ, V. M.

Decembris, bre, adject. *Of December.*

Decemjŭgis, ge, adj. δεκάζυγος, currus quem decem equi juncti trahunt. *Ten yoke, a teeme of ten horſes.*

Decemmŏdiæ, Col. vaſis genus decem capiens modios. *Veſſels containing ten buſhels.*

Decempeda, æ, ſ. g. δεκάπους pertica qua menſuratur terra à numero pedum dict. ſicut quinquepeda à quinque pedibus. *A pearch or poll of ten foot long to meaſure land.*

Decempedator, oris, m. ὁ τὰ δεκάποδι μετρῶν, qui decempeda metitur. *He that meaſureth land with ſuch a pole.*

Decemplix, icis, adject. Prud. *Tenfold.*

Decemprimatus, tus, m. g. Hott. *The office of the* Decemprimi.

Decemprimi, δεκαπρῶτοι, Tributorum exactioni præerant. in municipiis

nicipiis itemque provincialibus oppidis erant ex Decurionibus decem præcipui & summi. *General receivers of tribute, which stand charged with any thing that lacketh.* v. Cal. & decaproti.

Decemscalmus, actuariolum quod decem scalmis agebatur, δεκήρης. *A Boat with ten oares.*

Decemvĭrālis, le, adject. δεκαδαρχικός. *Pertaining to the office of* Decemviri.

Decemviralitèr, adv. Isid. decemviralitèr loqui, i. ex forensi formula loqui.

Decemvĭrātus, us, m. dignitas & officium Decemvirorum, δεκαδαρχία. *The office of those tenne Governors.*

Decemviri, orum, masc. gen. δεκαδαρχοι, quod erant decem viri numero. reip. administrandæ, ut ait Liv. in lib. 1. primum creati sunt mortuo Romulo; patres enim centum à Romulo creati, decem decuriis factis singulisque in singulas decurias creatis quæ summæ rerum præessent consociarunt, vide Galvin. Rosin. &c. Decemviri erat magistratus Romanus Consulum loco, Isidor. 5. 1. Numa Pompilius primus leges Romanis edidit, deinde quum populus seditiosos magistratus ferre non posset, decem viros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas in xii. tabulis exposuerunt. Gloss. Decemviri, δέκα πρῶτοι, Vide Liv. 1. & 3. Dionys. lib. 2. & Dion. lib. 54. *Certaine Noblemen among the Romanes appointed to governe the commonwealth in stead of Consuls, with consular authority.*

† Decendium, decem dierum spatium, δεχήμερον. *The space of tenne daies.*

† Decenna, idem quod decennalis.

Decennalis, le, quod est decem annorum. *Of ten yeares.*

Decennia, orum, plural. *Solemne games instituted by Galienus.* Decennalia.

Decennis, ne, Plin. δεκαέτης, decem annorum. *Of ten yeares.*

Decennium, ii, n. δεκαετία. *The space of ten yeares.*

Decens, ior, issimus, adject. Græc. πρέπων, ἐπιεικής. *Decent, convenient, meet.*

† Decentarius, a, um. *Witty, copious,* Cat.

Decentèr, adv. καθηκόντως, δεόντως. *Comely, seemely.*

Decentia, æ, f. εὐχοσμία, εὐπρέπεια. *Decency, comelinesse.*

Decĕo, es, ŭi, ēre. Isid. lib. 10. Decens compositus à numero decem dictus qui est numerus perfectus, à δεῖ oportet, decet, & à δοκέω, vel à δίκη, decet πρέπει, προσήκει, vel à רכא vel רכי Chald. hodiè tertiis personis ferè valet, ut impersonale decet, πρέπει convenit, fas æquum est. *To become or beseeme.*

Decĕptĭlis, le. Tert. *Easie to be deceived.*

Deceptio, onis, ἀπάτησις, ἀπάτη, Aug. *A deceiving.*

Deceptiuncula, æ, f. g. Ap. *A little deceiving.*

† Decentrix, navis compta. Cathol.

Decepto, as, Gl. *To deceive often.*

Deceptor, oris, m. ἀπατηλός. *A Deceiver.*

Deceptorius, a, um, ἀπατητικός. *Deceitfull.*

Deceptura, æ, f. g. Hier. idem quod Deceptio.

Deceptus, us, masc. gen. ἀπάτη. *Deceit.*

Deceptus, a, um. part. ἀπατηθείς. *Deceived.*

Decermina, orum, dicuntur quæ decerpuntur purgandi causa, Fest. scil. ut frondes sacræ quibus in lustrationibus uti solebant, φυλλοκαθαρτικα. *Leavings, pairings.*

Decerno, is, crevi, tum, cre. ἠρίζομαι, διακρίνω, ex de & cerno, de pluribus cerno, id est, judicio, statuo, decerno aliquando ponitur pro contendere & dimicare. *To discerne, judge, determine, decide, to decree, to debate, to looke wisely.*

Decerpo, pis, psi, ptum, ere, ex de & carpo, ἀπολέγω, ἀποδρέπομαι *To plucke off or away, to take, to diminish.*

Decerptus, a, um. p. *Plucked off, taken, gathered.*

Decertātio, onis, f. ἀγωνισμός. *A contending or striving.*

Decertatorius, a, um. Quint. ἀγωνίσιμος. *Contentious.*

Decertatus, a, um, p. διαμαχηθείς, ἠγωνισμένος. St. *Contended, strived about.*

Decertatur, imp.

Decerto, as, ἀμιλλάομαι. *To contend or try*

Decervicare, decollare, caput de cervice abscindere, Sid. lib. 3. Ep. 4.

Decessio, ōnis, f. ἀποχώρησις. *A departing or diminishing.*

† Decesso, is, i. decedere, declinare.

Decessor, ōris, m. g. Dig. ἀποχωρῶν. *He that departeth or giveth place.*

Decessus, us, m. ἀποχώρησις. *A departure.*

Decet imp. *It becommeth, &c.* vide deceo.

† Decibilis, le. *Decent, comely.* Isid. ex Cat.

† Decido, as, Gloss. *To cut off.* T.

Dĕcĭdŭum, ii, n. à decido, Sen. V. occasus.

Dĕcĭdo, is, ĭdi, ere, ex de & cædo de loco cado, ἀποπίπτω, decidere equo vel ex equo, per metaphor. decidere spe vel ex spe, id est spem amittere. *To fall off or from, to loose, to be disappointed, to be deceived, to vary from, to die or depart.*

Dĕcīdo, is, di, sum, ĕre, ex de & cædo, de re aliqua cædo, διακόπτω, συγκόπτω, per metaphor. signific. determinare, aliq. ponitur pro decisionem & partitionem facio, transigo, & litem dirimo. Decidere damnum dicitur, pro decidere de damno, item pro exprimere. *To cut off, to determine, to expresse, to cut out.*

Dĕcĭdŭus, a, um, adjectiv. Plin. πτώσιμος, πτωτὸς, cadens, decidens, *Subject to falling, hanging or falling downe.*

Deciduum, item dic, quod decidit. Cal.

Dĕcĭes, adv. δεκάκις. *Ten times ten.*

Dĕcĭmæ, arum, plural. pars decima ex iis quæ solvuntur domino, ut Græcis δεκάτη, legitur decuma, æ, pro eodem, decima quæque veteres diis suis offerebant, Fest. quare decuma pro magna, quia optima offerebant. *Tenths, tythes.*

Dĕcĭmānus, v. decumanus.

Dĕcĭmātio, ōnis, f. *A punishing of every tenth souldier.*

Dĕcĭmo, as, Liv. ἀποδεκατέω, δεκατεύω. Decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab imperatore. *To take the tenth, to tythe, to crop the tops.*

† Decimodia, Vide Decemmodia.

† Decimula, parva decima, Cath.

Dĕcĭmus, a, um, δέκατος. *The tenth.*

Decĭpio, is, epi, eptum, ere, ex de & capio, ἐξαπατάω. *To deceive, to passe over.*

Decipula, æ, f. v. Decipulum.

Dĕcĭpulum, li, n. Ap. & decipula, æ, f. instrumentum aliquod decipiendi, vel avibus vel muribus idoneum, παγίς, θήλεαρ. *A trap or snare.*

Decircino, as, ἀποκυκλόω, Manil. lib. 3 contrarium suo simplici circino, i. rotundum facio. *To bring out of compasse or roundnesse, to unbinde.*

Decircinātio, ōnis, f. Mart. *A compassing or measuring.*

Dĕciremis, f. g. Plin. δεκήρης, navigii genus decem remorum ordines habens. *A kinde of gally or ship having ten oares in a seat, or ten rankes of oares.*

Decisio, onis, f. verb. ex decido, διάλυσις, διάκοψις. *A determining, a diminishing, a lessening.*

Decisus, a, um, participi. ἀποκομμένος. *Cut off, decided, determined.*

Decla-

Declamatio onis, f. πρὸ λόγων μελέτη. *A declaration, an oration made of a feigned matter.*

Declamatiuncula, Gel. 8.6. *A little declamation.*

Declamator, oris, masc. λογοποιὸς, ῥητορεύων. *He that declameth or pleadeth.*

Declamatoriè, adv. Hier. μελετητικῶς. *After the manner of a declamation.*

Declamatorius, a, um, ῥητορικὸς. *Pertaining to declaming.*

Declamatrix, f. g. Tert. *She that declameth.*

Declamitans, p. à declamito. *Declaming often.*

Declamito, as, freq. λογοποιέω. *To declame often.*

Declamo, as, Græc. ῥητορεύω τοὺ λόβους μελετῶ, (valdè clamo, exerceo, exercendi causa oro) *To declame, to excuse or defend by pleading.*

Declaratio, onis, f. ἐκδήλωσις. *A declaration.*

Declarativus, a, um, Gl. *Which doth declare.*

Declaratrix, Cod. *She that declareth.*

Declaratus, a, um. *Declared.*

Declaro, as, ἐμφανίζω, ἐκδηλόω. *To declare, to make a thing cleare, to signifie, to proclaime, to denounce.* Declarare munera. *To set forth games or playes.*

Declinans, p. *Declining.*

Declinatio, onis, fœm. ἔκκλισις, ἀποτροπὴ. *A bending or declining, a digression, a shunning or moving away.*

† Declinatorium, & declinis, ne, & declinus, leg.

Declinatus, a, um, Ter. *That swarveth, alienated.*

Declino, as, ἀποκλίνω, ὑποξέω, signif. deorsum aliquid flecto. ponitur pro vitare, flectere, deflectere, præterire. Interdum pro deduco, id est, ab uno loco ad alium duco. aliquando pro alieno, eximo. *To decline, to avoid to turne away, to swarve, to refuse, to incline to.*

Declivis, ve, κατάντης, καταφορὴς, Cæs. ex de & clivus, vel ex declino. *Bending downeward, declining.*

Declivitas, atis, Cæs. τὸ κατάντες, πρανὲς. *A bending or hanging downeward.*

† Declivus, vi, m. g. Gloss. *A descent.*

† Decludere, idem est quod bellicare.

† Decocta, æ, f. g. *Sodden or boyled water.*

† Decoctibilis, le, Gl. *Easie to be sodden.*

† Decoctio, Off. pharmacopœis, id. quod decoctum. *A decoction.*

Decoctior, comp. *More perfect or sweeter.* Pers.

Decoctito. Augustin. *To seeth often.*

Decoctivus, a, um, Cels. *Easily sodden.*

Decoctor, oris, masc. Vide decoquo, ἀσωτὸς. *A spendthrift, a bankerupt.*

Decoctum, ti, n. Plin. ἀφέψημα. *A decoction, the liquor wherein things are boyled.*

Decoctura, æ, fœm. gen. Plin. ἀφέψησις. *A decoction, a boyling, a broth or liquor.*

Decoctus, us, m. g. ἕψησις. *A boyling.*

Decoctus, a, um, part. ἀφεψηθεὶς. *Well sod, purged, boyled, riotously spent.*

Decæterò, adv. *A gaine.*

Decollatio, onis, fœm. gen. *A beheading.*

Decollatus, a, um, p. *Beheaded.*

Decollo, as, Suet. ἐκτραχηλίζω, παρτομέω, per metaphor. pro destruere, & frustrari, sive decipere. *To cut off the necke, to behead, to faile, to disappoint.* Plaut.

Decollor, aris, pass. *To be beheaded.*

Decolor, ōris, adject. δυσειδὴς, κακόχροος. *Ill coloured, that hath lost his colour, foule, dead, filthy.*

Decŏlŏrātio, onis, fœm. ἄχροια, δύσχροια. *A staining or losing of the colour.*

Decoloratus, a, um, ἄχροος. *That hath lost his colour.*

Decoloro, as, μαυρόω. *To staine, to spill or take away the colour.*

Decoloror, pass. Sen.

† Decolorus, a, um, vide decoloratus.

† Decomo *To undecke.* leg. & incomo, excomo, & concomo.

† Decontor, aris. *To stay or make a delay.*

Decŏquo, is, xi, ctum, ĕre, ἀφέψω, paulatim diminuo, & coquendo absumo, quandoque significat patrimonium & substantiam omnem consumo, χρεωκοπῶ, tract ab iis, qui gulæ omnia dedunt. *To boyle or seeth much, to decoct, to digest, to consume or waste, to assuage, to deceive, to diminish.* Decoquere creditoribus, *to breake or make himself bankrupt.*

Decor, ōris, neut. gen. pen. prod. Front. decor est à decore, κάλλος, εὐπρέπεια, decor & decus ita distingu. Decor formæ, decus honoris, decorum actionis, Front. *Comelinesse, beauty.*

† Decoramen, neut. Ter. *A beautifying.*

† Decoramentum, ti, n. Aug. idem quod decus.

† Decoratio, onis, f. idem quod decorum, Aug.

Decorātus, a, um. *Beautified, set forth.*

Decōrè, εὐσχημόνως, πρεπόντως. *Comely, honestly.*

† Decorio, & discorio, v. excorio, leg. & incorio.

Decoriſſimus, a, um, adject. *Most beautifull, very seemely or honest.* Apul.

Decoritèr, adverb. Ap. Vide Decorè.

Dĕcoro, as, Græc. ἐπιπρέπω, τιμάω. *To beautifie, to set forth or commend.*

Dĕcōrōsus, a, um. *Seemely, with a grace.* Sen.

Dĕcortĭcātio, ōnis, f. Plin. λέπισμα, λόπημα. *A pilling or plucking off the barke.*

Dĕcortĭco, as, ex de & cortex, Pl. ἀπολέπω, περιλοιὸω. *To pill or plucke off the barke.*

Decora, um. *Beautifull or goodly workes.*

Dĕcōrum, ri, n. τὸ πρέπον, τὸ κάλλος, τὸ κόσμιον. *A fitnesse, a comelinesse, a good grace, honestly, renowne.*

Decorus, a, um. εὐσχήμων, πρεπώδης, σέμνος. *Comely, of good grace, honest, honourable.*

† Decotes, dict. togæ attritæ, quasi coribus detritæ sint, Fest. al. leg. decutes. i. sine cute vel flocco. *Garments worne bare.*

Decrementum rerum atque hominum, Gell. lib. 3. 30 *A decreasing.*

Decrĕpĭtus, a, um, ἐσχατόγηρως, παρήλιξ, (est despectatus crepera jam vita, ut crepusculum extremum diei tempus, vel quia propter senectutem nec movere se, nec crepitum ullum facere potest, Fest. Sca. à lucerna, quæ ultimum expirans crepitum edere solet.) *Very old, at deaths dore.*

Decrepo, as. *To wax old, to creeke as a candle doth when it is almost burnt.* Scal. ad Fest.

Decrepo, is. *To creepe downe,* Plin. *also to wax old.*

Decrescens, part. Cels. *Decreasing.*

Decresco, is, crevi, tum, ĕre, Gr. μειόομαι, ἐλαττόομαι. *To decrease, to weare away, to wax short or lesse, to fall.*

† Decret, pro decernit, Gloss.

Decrētālis, le, ad. Vlp. *Belonging to a decree.*

† Decretista. *A student in the decretals.*

Decretōrius, a, um, Plin. κριτικὸς. ponitur pro judiciario, in quo scilicet judicium fieri potest. Dies decretorius. *A time in ones sickenesse when the disease may be judged whether it augment or diminish.* Decretorium fidus vel tempus dicitur id. ex quo de proventu aliquarum rerum futuro sumitur judicium, aliq. dicitur quasi est decretum, firmatum, extansque ad aliquid arguendum judicandumve.

arn a

arma decretoria quibus ſerio certandum eſt. ſtylus decretorius pro ſevero, quaſi ſemel de re definiens *Pertaining to a decree, decreed, critticall, judiciall.*

Dĕcrētum, ti, n. g. quod decernitur, id eſt, judicatur, ſententia poſt conſultationem, ψήφισμα, δόγμα, ἐπίκριμα. *A decree, an ordinance or ſtatute, a received opinion.*

Decretūrus, a, um. *That will decree.*

Decretus, a, um. ἐγνωσμένον. *Decreed, ordained.*

† Decruſto, & excruſto. *To take off the barke.*

† Decubātio, f. Gloſſ. *A laying downe.*

Decubiæ, vigiliæ. *Alſo ſickeneſſe, alſo a woman in travell.*

† Decubis, adj. Gl. *He that lieth from his bedfellow.*

Decŭbo, as, ui, itum, are. Græc. κατακοιμᾶμαι, Apul. *To lie downe.*

Decudes, vide Decures.

† Deculcatio, fœ. Marc. *A treading under foot.*

Deculcatus, a, um. Cap. *Trodden upon.*

Deculco, as. Cal. à calco, πατέω. *To tread or trample upon.*

Deculcor, aris. paſſiv. Aug. *To be trodden downe or upon.*

† Deculpatio, f. g. Aug. *A blaming.*

Deculpatus, a, um. adj. Gel. ἐπίφθονος. *Much blamed, faulty.*

† Deculpo, as. Gloſſ. *To blame.*

Decultare, valdè occultare, Feſt.

Dĕcūma, æ, fœ. g. & decumæ, arum, f. idem quod decimæ.

Dĕcŭmanus, ni, m. g. magnus, à decumus, vel eſt decimus, δέκατος, decumani publicanorum principes per quos decimæ exigebantur, qui decumos quæſtus ſui cauſa rodimebant. decumanus appell. limes qui fit ab ortu ſolis ad occaſum dict. à magnitudine vel longitudine. *A gatherer of tenths and ſubſidies; alſo hee that taketh the tenths to farme; Alſo* Decumani *are Souldiers of the tenth Legion,* Oleum decumanum, Luc. pro deteriori.

Dĕcŭmānus, a, um. δέκατος, decumana ova dicuntur, & decumani fluctus quia magna. nam & ovum decimum majus naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Feſt. δεκαπλάσιος, id eſt, decimus fluctus. *The tenth; alſo large, great, many.*

Decumatio, ōnis. Jul. Capitol. *A taking the tenth, a puniſhing every tenth.*

Decumatus, a, um. Gloſſ. *Puniſhed by every tenth.*

Decumbo, is, ui, itum, ere κατακεῖμαι. *To lie downe, to ſit downe, to fall downe, to die.*

† Decŭmo, as. Gloſſ. idem quod decimo.

Decumus, a, um. Plaut. idem quod decimus.

Decunx, cis. *Tenne ounces,*

Decupa, æ, f. g. Cic. in Piſon. 53. Budæus legit de cupa.

† Decuplex, Perot. *Tenfold.*

Dĕcŭplo, adv. *Tenfold.*

Dĕcŭplus, a, um. adj. Liv. decies tantus, δεκάπλους, διπλάσιος, à δέκα. Vide plus & plex. *Ten times ſo much.*

† Decures, plur. Decuriones, Feſt.

Decŭria, æ, f. δεκὰς (manipulus decem militum vel aliorum hominum decuriæ dict. quod decies centum caperent milites. *Foure or five Bands of Souldiers, each conſiſting of tenne hundred Horſemen, appointed to be aſſiſtant unto the Judges ſitting upon life and death: alſo the Senatours and Judges were divided into Bands called* Decuriæ, *and the chiefe of them was called* Decurio. *Bands of tenne men, a company of men.*

† Decurialis, maſc. gen. Gloſſ. *A Judge.*

Dĕcŭriatio, ōnis, f. δεκαδαρχία, καταλόχισις, diſtinctio & deſcriptio in curia. *A making or appointing of Captaines, the Office of a Captaine, the dividing into Troupes or Companies.*

Decuriatus, us, maſc. gen. Liv. idem.

Dĕcŭrio, ōnis, m. g. βαλευτὴς, δεκαδάρχης, δεκαπρῶτος, qui decuriæ præeſt. decuriæ dict. quod initio cum deducerentur coloniæ, decima pars deductorum conſcribi ſolita ſit, decuriones præſunt. δεκαπρῶτοι. decures antiqu. pro decuriones. Decuriones appellantur qui denis equitibus præſunt, Feſt. decurionem Suet. quoque cubiculariorum dicit, qui decem cubiculariis præeſt. Decurio quoque palatii dicitur, qui præeſt palatio. *A Senator, a Counſellour or any chiefe Officer of a Towne, a Captaine over tenne, an Aldermam.*

Dĕcūrio, as. id eſt, milites conſcriptos in decurias diſtinguo, καταλοχίζω, διατάττω. *To divide into Bands or Compinies.*

Decurionalis, ad decurionem pertinens.

Dĕcŭrionātus, us, maſc. Macrob. δεκαδαρχία, idem quod Decuriatus.

Decuriones, vel decures, Feſt. qui denis equitibus præſunt.

Decurrens, ntis, p *Running.*

Decurritur, impers. *They flie unto, &c.*

Decurro, is, decurri, & decucurri, ĕre. καταθέω, κατατρέχω, deorſum curro, item feſtino, curro, aliq. confugere, ad finem uſque curro. *To runne downe, to runne in haſte, to runne unto; alſo to exerciſe by running, to faile.*

† Decurſim, adv. Hier. *With haſty running.*

Decurſio, ōnis, f. καταδρομὴ: *A running, a courſe, a juſting, a running over.*

† Decurſorium, ii, neut. g. καταδρομὸς, locus in quo decurritur. *A place where juſting and tilting is uſed.* Cal.

Decurſus, us, m. idem quod decurſio.

Decurſus, a, um. καταδεδρομένος: *Runne over or out, paſſed over, atchieved.*

Decurtātio, ōnis, f. Celſ. *A making ſhort or maiming.*

Decurtatus, a, um. adjectiv. κόλουθρος, κεκολοβωμένος. *Made ſhort, maimed.*

Decurto, as. ἀκροτομέω. *To ſhorten or abridge.*

† Decurtor, aris. Aug. *To bee cut ſhort.*

† Decurvo, as. *To bow or bend much.*

Decus, ŏris, neut. g. ex Græc. κῦδος, Can. τιμὴ, τὸ ἀξιόπρεπες. *Honour, reputation, comelineſſe.* Vide Decet.

† Decuſatum, adverb. id eſt, ornatè.

† Decuſatus. *Adorned.*

† Decuſo, as. ex de & cuſo. *To adorne.*

Decuſſatim, adv. id eſt, per decuſſes, Græc. κατὰ χιασμὸν. *Cut in the forme of the letter x, cut in tenne parts.*

Decuſſatio, ōnis, fœm. g. Vitruv. *A diviſion cut after the forme of the letter x.*

Decuſſis, is, m. g. χιασμὸς δέκας, decem aſſes decas numerus, denarius, duo quincunces, hoc modo X. hac ſignificat. videtur ſimpliciter à decem derivari. *Tenne whole parts of tenne aſſes, tenne pound weight; alſo tenne pieces cut equally,* Vitruv. *The number of tenne, the letter X, which being parted in the middle maketh the figure* Quincunx, *V.*

Decuſſo, as. χιάζω, ad decuſſis figuram redigere. *To cut or divide after the forme of the letter X, to cut in the middeſt, croſſe-wiſe.*

Decuſſus, us, m. Plin. ἀπόσεισις. *A ſhaking off.*

Decuſſus, a, um. Livius. *Shaken downe.*

† Decutes, vide Decotes.

Dĕcŭtio, is, ſſi, ſſum, ĕre. Græc. ἀποσείω, ex de & quatio, quatiendo dejicio, Liv. *To ſhake downe or ſtrike, to ſhake off, to beate downe.*

Dĕdĕceo, es. *Not to become.* Inde

Dĕdĕ-

Dēdĕcet, imp. non decet, ἀπρεπές ἐστι, *It doth not become, it is not meet.*

Dēdĕcor, ŏris. Saluſt. i. inhoneſtus, ἄτιμος, ἀισχρός. *Diſhoneſt, uncomely.*

Dēdĕcōrans, p. *Diſhoneſting.*

Dēdĕcōratio, ōnis, fœmin. gen. Tert. *A ſtaining of one honeſty or credit.*

Dēdĕcŏrātus, a, um. Suet. *Defamed, ſtained.*

Dēdĕcŏro, as. ἀτιμάζω, καταισχύνω. *To diſhoneſt, to diſhonour, to defame.*

Dēdĕcŏrosè, adv. Sex. Aur. Vict. Vide Indecorè.

† Dēdĕcŏrosus, a, um. Aug. ἄτιμος, ἀισχρός. *Full of ſhame and diſhoneſty.*

Dēdĕcŏrus, a, um. Tac. *Vnhoneſt, diſhonourable.*

Dēdĕcus, ŏris, neut. gen. impudicitia, ἀισχύνη, ἄκοσμια, ἀτιμία. *Diſhoneſty, diſgrace, diſhonour, a ſhamefull deed.*

Dedicātio, ōnis, fœm. gen. Græc. καθιέρωσις, καθοσίωσις. *A dedicating.*

Dedicātus, a, um. p. *Dedicated.*

Dēdĭco, as. à de & dico, tribuo, Græc. ἐκθειάζω, ἀφιερόω, ἀφοσιόω. Dedico, as. conſecro, religioſum facio, devincio, Calep. de Deo igitur propriè dicitur, Feſt. dedicare eſt propriè dicendo deferre, Mart. *To dedicate, to give for ever.*

Dēdĭcor, paſſiv. *To bee dedicated.*

Dedignatio, ōnis, fœm. g. Græc. ἀπαξίωσις. *A diſdaining.* Plin. in Paneg.

Dēdignor, aris. Virg. indignum habere, indignum reputo, contemno, non judico dignum, ἀπαξιόω. *To count unworthy,* dedignatur, ἀναξιοπαθεῖ.

† Dedim, Ter. pro dabo vel dederim.

Dediſco, is, dedidici, ĕre. caret ſupinis, μεταμανθάνω, ἀπομανθάνω. *To unlearne, to forget, to leave a cuſtome.*

† Dedĭtim, adverb. *By giving or yeelding, yeeldingly,* Diomed. libro primo.

Dedĭtio, ōnis, f. ἔκδοσις, ἐγχείρησις. *A yeelding.*

Dedĭtĭtius, a, um. adject. qui ſe in alterius imperium dedidit, ἐκδυτός, ὑπόχρεως, deditus. *That hath betaken him to anothers power and yeeldeth.*

Dedĭturus, a, um. adj. *About to yeeld.*

Dedĭtus, a, um. Feſt. dedita valdè data, ἐκδοθεὶς, ἐγχειρισθεὶς. *Given, yeelded, bent.*

Dēdo, is, dedĭdi, dĭtum, ĕre. ex de, id eſt, valdè & do, in perpetuum do. vel totum ſubdo, ſive in manus poteſtatémve, & arbitrium do, ἐκδίδωμι, ἐγχειρίζω, διαδίδωμι. *To give for ever, to give over, to yeeld, to deliver, to commit, to render up, to ſubmit.*

Dēdor, paſſiv. *To bee given or yeelded.*

Dēdŏceo, es, ui, ctum, ere. eſt ſecus atque quod doctus eſt docere, ab eo quod quis edoctus eſt deducere, μεταδιδάσκω. *To teach otherwiſe.*

Dedŏlatio, ōnis, fœm. gen. Græc. πελέκησις. *An hewing, a making ſmoothe.*

Dēdŏlātor, ōris, maſc. Ap. *An hewer, a plainer.*

Dēdŏlatus, a, um. adj. Vitruv. ἐκπελέκητος. *Hewed, ſquared, cut forth.*

† Dēdŏlenter, adv. *Ceaſing from griefe.*

† Dēdŏlentia, Gloſſ. ἀπαλγησία. *A ceaſing from ſorrow.*

Dedŏleo, es, ui, ere. non dolere, Ovid. vel dolere deſino, Græc. ἀπαλγέω. *Not to grieve, to ceaſe from griefe.*

Dedolo, as. Col. dolabra vel ejuſmodi ferramenta quæ ſcabra atque impolita ſunt, lævigo, ἀπέξω. *To cut, to hew, to ſquare.*

Dedŏlor, aris. paſſ. *To be hewed, plained, ſmoothed, &c.*

Dedolari ſuſtibus. *To bee beaten with clubs.*

Dedŭco, is, xi, ctum, ĕre. propriè ſignificat ex ſuperiori loco in inferiorem ducere, ἐξάγω, καθελκύω. interdum ſignificat ſubtrahere, item ſignificat in tenuitatem deducere, ſignificat item de ſumma aliquid demere, deducere etiam is dicitur qui alicui officii gratia, vel honoris, præſtat Comitatum. Deducimus quoque ſponſam marito vel ad maritum, vel amicam ad amantem. *To bring or lead downe, to lead or draw to and fro, to draw out, to bring from, to remove, to accompany, to deduct, to lead backe, to ſpread, to prolong, to put or take away, to leade along, to launch forth, to bring to one.*

Dedŭcor, paſſ. *To be brought.*

† Deductilis, le. Gloſſ. *Eaſie to be deducted.*

Deductio, ōnis, f. παραγωγὴ, ὁδηγία. *Bringing to, a conducting, a deducting, a deceiving.*

Deductior, Suet. *More ſlender or thin.*

† Deductiva pronomina, Iſid. dict. quia ex aliis deducta, atque compoſita exiſtunt, ut quiſpiam, aliquis, &c.

Deductor, ōris, m. ὁ τῆς ὁδὸς καθηγέμων, καταγωγεύς. *He that conducteth.*

Deductus, a, um. pro eductus, & aliq. pro diductus, καταχθεὶς. *Brought, led, diminiſhed, ſlender, taken off, pleaſant, divided, taken out.*

Deerrabundus, a, um. Aug. *Full of errours or wandring.*

Deerratio, ōnis, Aug. ἀποπλάνησις. *An erring.*

Deerratum, ti, n. ἁμάρτημα. Ap. *A fault, a miſſe.*

Deerro, as. ἁμαρτάνω, ἀποπλανάομαι: deerrare eſt de via ſive ratione declinare. *To erre, to goe aſtray, to miſſe, to digreſſe.* Plin.

Defecatè, adv. *Purely, without dregges.* Celſ.

Defæcātio, ōnis, fœ. *A purging from dregges.* Celſ.

Defæcatus, a, um. Plaut. ἀτρυγής. *Purged, pure.*

† Defæcis, is. idem quod defæcatus. Scrib. larg.

Defæco, as. à fæcibus purgare, ἀτρυγόω, διαζάλίζω. à fæce purgo, quaſi fæcem detraho. *To purge from dregges, to purge, to refine, to ſcumme.* Plin.

† Defœdo, as. *To make cleane.* leg. effœdo, refœdo.

Defalcātio, ōnis, f. *A pruning or cutting.* Col.

Defalcātus, a, um. Col. i. falce abſciſſus. *Pruned, cut away.*

Defalco, as. ἀποκόπτω. *To cut, to deduct.* falce abſcindere. Calep.

Defamatio, f. g. Firm. κακοδοξία. *A defaming.*

Defāmātiſſimus, a, um. Gel. *Moſt infamous.*

Defāmātus, a, um. Gel. infamis, famâ privatus, δύσφημος. *Infamous.*

Defāmo, as. Gel. famâ privo, βλασφημέω. *To defame.*

Defamor, aris. Hier. *To be defamed.*

Defatigabilis, le. Aug. *Eaſie to be wearied.*

Defatigatio, ōnis, fœm. ἔκκαυσις, κάματος. *Wearineſſe, making weary.*

Defatigatus, a, um. τετρυχωμένος. *Wearied, tyred, ſpent.*

Defatigo, as. καταπονέω, τείρω. *To make weary, to tyre.*

Defatigor, aris. Marc. *To bee wearied.*

Defatiſcor: vide Defetiſcor.

Defectio, ōnis, fœ. ἀπόστασις, ἀποστασία. *A defection, a falling away, a revolting backe, a weakeneſſe, an infirmity, a failing in heart and courage.*

Defectivus, a, um. mancus. *Defective.*

† Defecto, as. defæco.

Defector, ōris. m. Suet. ἀποστάτης. *Hee that falleth away or revolteth.*

De-

Defectum, ti, neut. gen. Vide Defectus.

Defectus,us, m. ex deficio, ἔλλειμμα. *A defect or want, a failing, a falling away, an Eclipse.*

Defectus,a, um. ἐλλειπὼς: Defectus passivè aliqu. item confectus, aliqu. perfectus. *Destitute, weary of, forsaken, that lacketh, that will not beare, feeble, wasted; also perfect,* Cic. ad Attic. defectior, Apul. & defectissimus, Col.

Defendo, is, di, sum, ĕre. ex de & fendo, id est, percutio, ἀπείργω, ἀμύνω, προβάλλομαι: tueor, tego, protego, propugno, aliq. arceo, depello. *To defend, to beate backe.*

Defendor, pass. *To be kept or restrained.*

Defensaculum, li, neut. Apul. *A defence.*

Defensatio, ōnis. Tert. *A defence.*

† Defensatrix, Gloss. *She that defendeth.*

Defensatus, a, um. Tertul. *Defended.*

Defensio, ōnis, f. προφασία, ἀντίληψις, ἀπολογία, propugnatio, patrocinium. Defensio est instantis imminentisque offensionis propulsatio, ubi hæc cessat, non est quod propulsari queat, ab offensione omnis defensionis pendet ratio. *A defending, a defence.*

† Defensiri, pro defensum iri, vetuste dicitur, Ulp.

† Defensitatio, fœm. g. Aug. idem quod defensatio.

Defensito, as. freqn. à defendo, προφυλάττομαι. *To defend very often.*

Defensso, as. freq. à defendo, Salust. ὑπερασπίζω. *To defend often.*

Defensor, ōris, m. ὑπερασπιστὴς, συνήγορος: Defensor dicitur qui absque mandato cum sola satisfactione alterum in judicio defendit atque tuetur. *A defender, a defendant,* defensores, id est, cataphractarii. *Also Governours of Cities.*

Defensorius, a, um. *Pertaining to defence.*

Defensurus, a, um. Ovid. *About to defend.*

Defensuiri peo defensum iri.

Defensus, a, um. ἐπικαρηθεὶς. *Defended, protected, preserved.*

† Defercio, cis, tum. valdè & deorsum implere, & evacuare, unde deserto, as. frequentat vum, Cath.

Defero, fers, tuli, latum, ferre, ex de & fero, significat affero, confero, offero, tribuo, φέρω, προσφέρω, deferre nomen, εἰσαγγέλλω, ἀποφέρω δίκην καὶ γραφὴν, ἀπογράφω, deferre nomen, id est, in reos referre, item nomina recipere, item honorem tribuo, κατατίθημι τιμήν: Defero significat etiam nunciare, certiorem facere, interdum habet accusationem, præsertim cum post se habet accusativum ne nomen. Plaut. ad tresviros jam ego deferam nomen tuum. Differt deferre nomen & accusare, nam deferre nomen dicitur qui legibus interrogat apud magistratum, & si interrogatus neget, ejus nomen in reos referatur. Denique deferre nomen est reum facere, deferre nomen & legibus obligare reum. Deferre est recipere nomina, deferre absentes reos cædis, Suet. deferre quoque causam dicitur cliens ad patronum, cum eum consulit, & illi controversiæ ordinem argumentúmque exponit: pertinet ad dignitatem, & honorem, & venerationem, & officium. Deferre appellationem in jure pontificio idem est quod admittere appellationem. Deferre reum, id. est, quod postulare, & ut cognitionem susipiat petere, vide Calv. & Calep. *To bring from, to beare or carry to, to conveigh, to report, to shew, to declare, to deferre, to bestow, to commit, to disclose, to accuse, to attribute.*

† Deferro, as. Vide Ferro, as. Cathol.

Defervefacio, is. Cato, idem quod servefacio.

Defervefactus, a, um. *Boyled, made hote.*

Deferveo, es, ui, & vi, ere. ἀποζέω. *To waxe cold, to rease from seething, to bee abated, to bee appeased.*

Defervesco, is. idem.

Defessus, a, um. partic. ex defetiscor, καμὼν, κατάπονος. *Tired, weary.*

Defetiscor, eris, essus sum, isci. ex de & fatiscor, id est, labore deficio, Ter. κάμνω, κοπιῶ. *To be weary or faint.*

Deficiens, p. *Fainting, failing.*

Deficio, is, eci, ectum, ere. ἐκλείπω, ἐκκάμνω, ἐκκακέω, desum, desciscо, desero, deficio, cum accusativo significat non suggere, aliquando absolutè ponitur pro finire. deficere etiam debitores dicuntur, quorum facultates ita imminutæ sunt ut jam solvendo non sint, capitur & pro dissentire, recedere, seu rebellare, desciscere, deserere. *To faile, to lacke, to cease, to fall from, to forsake, to be weary, to decay, to faint.*

† Deficiscor, eris. Gloss. idem quod defetiscor.

Defigo, is, xi, xum, ĕre. deorsum figo. καταπηγύω. *To sticke or fasten in, to naile, to plant, to strike, to set up, to shew, to astonish.*

Dēfinio, is, ivi, itum, ire. (finiendo certos rei de qua agitur terminos præscribo, termino, διορίζω, περιγράφω, καθορίζω. *To bound or limit, to define, to determine, to declare, to assigne, to describe, to set downe.*

Definitè, adv. ὡρισμένως, ἀφωρισμένως. *Expressly, determinately, with limitation, at few words.*

Dēfinitio, ōnis, fœ. ὁρισμὸς, διορισμὸς. Definitio est oratio demonstrans cujusmodi est illud de quo sit sermo vel sic. Definitio est Oratio mentis contentum aperiens. Alii sic. Definitio est quæ compendiosa submonitione nos in rerum cognitionem vocibus subjectam adducit Aut, ut alii, definitio est oratio id esse quod est demonstrans. Aut, definitio est oratio quæ declarationem & intelligentiam rei demonstrat & elucidat. Definitio item est rei per singulas partes sive in universum deductio. Definitio propositio propriè dicitur quæ constat ex genere, & differentiis, vide Diffinitio. *A definition, a declaring, a shewing what a thing is.*

Definitivus, a, um. ὁριστικὸς. *Definitive, which limiteth.*

Definitum est, pro eo quod dicimus decrevi, vel constitui. Definitum *Also that which is defined.*

Definitus, a, um. διωρισμένος, certus, constitutus, attributus, assignatus. *Defined, determined or limited.*

Defingo, is, inxi, ctum, ĕre. Cato. ἐμπλάττω. *To forme or fashion.*

Defio, is. *To lacke or to bee wanting.*

† Defioculus, li, m. ἑτερόφθαλμος, cui desit vel deest oculus, uno oculo captus. M. l. 12. *That lacketh an eye.*

Desit, impers. λείπει. *There lacketh.*

† Desiteor, vide Diffiteor. Cathol.

† Defixio, f.g. *A conjuring or raising up of Spirits.*

Defixus, a, um. *Fixed, fastened, bent, set on.*

† Deflaccare pro atterere, Non vel legitur pro defloccare, id est, floccos consumere.

Deflāgrātio, onis, ἔμπρησις. *A burning, an inflammation.*

Deflāgrātus, a, um. *Burnt.*

Deflāgro, as. comburo, ardeo, καταφλέγομαι, ἐμπρήθομαι, item significat per metaph. languescere, ἀποθυμῶμαι, ex de & flagro, ardeo. *To bee burned; Also to asswage, to waxe cold.*

Deflamare, rectiùs deflammare. Apul.

Deflamo, as. *To quench.* Ap.

Deflecto, xi, xum, ere. ἀποκλίνω, καταπλήγω. *To turne downe, to turne from or aside, to be changed, to digresse, to covet or bow.*

Defleo, es, evi, etum, ere. καταδακρύω. *To bewaile, weepe, lament for or bemoane.*

Defletio, fœm. gen. Firm. *A bewailing.*

Defletus,

Defletus, a, um. *Bewailed.*

Deflexura, æ. f. Aug. *A bowing.*

Deflexus, us, m. Col. κάμψις. *A bowing or Crooking.*

Deflexus, a, um, adj. κατακαμφθεὶς, λοξὸς. *Bended, turned out of the way.*

† Defligo, as, valde fligo.

Deflo, as, Plin. πνέω. *To blow, to blow away, to blow off.*

Defloccatus, a, um, adject. Plaut. *Worn out.* Defloccati senes, γέροντες παρακμάσαντες. *Old men worne with age,* metaphora tracta à vestibus quæ multo usu floccos suos amittunt.

Defloccо, as, ξυστρίζω, attero, tractum à floccis, Plaut. in Casin. *To weare out.*

† Defloramentum, Ter. *A nosegay, or garland of flowers.*

† Defloratio, ōnis, f. gen. Aug. *A destouring.*

Defloratus, a, um. Liv. deflorati senes, i. depiles, λιποτριχεῖς. *Diminished, defloured.*

Defloreo sive defloresco, flaccesco, flores venustatemque amittere.

Defloréscens, p. *Fading.*

Defloréscо, is, ui, ere, vel defloreo, es, ui, ere, quasi florem amittere, ἀπανθέω, ἐξανθῶ. Defloresco apud Gel. 2. 12. accipitur pro flores producere, ac deinde amissis floribus fructum producere. apud Heren. pro vigorem amittere. *To loose the flower and beauty, to fade, also to bud, to shed his flowers.*

Defloro, as, Liv. quasi florem demere, μαίνω, ἐπανθίζω. *To deflowre, to take away the grace and honour of a thing.*

Defluo, is, xi, ere, deorsum fluere. κατα ῥέω, labi, delabi, influere. Propriè de liquidis rebus, & translatè de aliis quoque dic. per translat. decurrere, delabi. Aliquando defluere est secundo amne fluere. Defluere etiam dicitur quod ætate morbove solvitur. *To flow downe, to flow away, to come to nothing, to fall away, to fade, to forget, to be finished, to saile or row downe.*

† Defluum. *A thing sodden,* Gloss.

Defluvium, ii, n gen. Plin. ῥοπὴ, κατάῤῥυσις. *A falling off, a flowing downe.*

Defluus, a, um, Plin. 20. 4 6. quidam legunt defluvius, a, um. *Flowing downe, falling.*

Defluxio, ōnis. κατάῤῥυσις. *A flowing or falling downe of humours, a loosenesse.*

Defodio, is, di, ssum, ere, Ovid. κατορύσσω. *To dig downe, to dig in the earth, to overwhelme, to bury,* Item deorsum fodio.

Défluxus, us, idem qd. defluvium.

Desœneratio, onis, f. g. Aug. *A taking of money upon usurie.*

Desœnerator, m. Aug. *Hee that letteth or taketh upon usurie.*

Desœneratus, a. um. *Greatly indebted or ingaged.*

Desœneror, aris, Apul. *To borrow upon usury.*

Defœtus, a, um, effœtus, hoc est, fœtui per ætatem, inidoneus. Quidam apud Ovid. pro defœta leg. defecta, V. Cal. *Which is past bringing forth young, void, empty.*

Defœtus, a, um, Plaut. Epidic. Act. 1. Scen. 1. *Base, miserable.*

Defomitatum lignum. (alii leg.) desomicatum, à fomitibus succisum, quibus confoveri solitum erat, Fest.

Defóre, ἐλλείπειν, compositum à fore, (optativ. deforem, deforet, deforent, idem significat quod defuturum esse,) *To lacke, to be wanting hereafter.*

Deformatio, ōnis, f. Liv. ἀσχημοσύνη, ἀμορφία. *A deforming, also a perfect forming.*

Deformātus, a, um, adj. δυσμορφωτὸς. *Deformed, disfained, also that which hath a perfect shape.*

Deformior, comp. & issimus, superl. *More and most deformed.*

Deformis, m. id est, sine forma, ἀισχεὴς, δύσμορφος, ἀσχήμων. *Deformed, disfigured, unhoneſt, misshapen, ill favoured.*

Deformitas, atis, f. ἀμορφία, ἀισχεύνη. *Deformity, dishonesty.*

Deformitèr, adv. Quint. ἀμορφῶς. *Deformedly.*

Deformo, as, id est, formam aufero, ἀπομορφόω, ἀμαυρόω. *To deforme, to spoile the shape or fashion, to defile, to disgrace, to blot out, also to grave, to delineate, to draw a forme, to decke, to transforme.*

Deformor, āris, Mare. *To be disfigured.*

† Deformosus, Acer. deformis.

† Deforo, as, ex foro, as, leg. & afforo, conforo, circumforo, introforo, præforo, subforo, Heng. item ex foris vel foras, leg. deforis, a foris, efforis, præforis, proforis.

Defossus, us, m. κατορυγή. *A digging, or burying in the ground.*

Defossus, a, um. κατορυγμένος. *Digged in.*

Defrænatus, a, um. ἀχάλινος, Ovid. (idem quod effrænatus, hoc est, indomitus, quasi sine fræno.) *Unbridled, unruly.*

Defraudatio, ōnis, f. ἀποστέρησις, νοσφισμὸς. *A defrauding.*

Defraudator, oris, masc. νοσφιστὴς. *Hee that defraudeth,* Senec.

Defraudo, as, ἀπονοσφίζω, ἀποστερέω. defraudare, vel defrudare per syncop. est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel aliquem circumvenire. *To defraud, beguile, deceive, cheat or coson.*

† Defrendeo, valdè frendere.

† Defrens, ἄρρεξ, θερισμὸς, arvum quod detonderi seu demeti solet à frendeo.

† Defrensus, a, um, al. leg. defressus, id est, detritus, decussus, leg. & refrendeo, perfrendeo, comp. à frēdeo, V.

Defrícatè, adv. Næv. idem quod suavitèr, & facetè.

† Defrícatio, f. Gloss. *A rubbing*

Defricatus, a, um, adj. Plin. *Rubbed off.*

Defrictus, a, um, adj. idem.

Defrico, as, ui vel avi, κατατρίω ctum, vel atum, āre. *To rub.*

Defrigesco, is, ĕre. Col. καταψύχομαι. *To waxe cold.*

Defrigo, is, xi, ctum, ere. *To frie much or often.*

Defringo, is, egi, actum, ἀποῤῥήγνυμαι. *To breake downe or off.*

† Defrondeo, *To loose his leaves,* & defrondesco, & refrondeo, esco, confrondeo, esco, leg. Heng.

Defructatus, Sidon. fructum carpens.

Defrudetur pro defraudetur.

Defrudo, as, id est, fructum minuere, vel per fraudem aliquid exquirere, Nonn. ex Ter. & Pla. Vide defraudo.

Defrūgatio, ōnis, f. Colum. *A drawing or sucking the substance out.*

Defrūgo, as (omnem fructum exhauriō) ἐκπαρίζομαι, *To draw, or sucke the substance out of any thing,* Plin.

Defrŭor, ĕris,) defrui, i. omnem fructum percipere,) Fest. *To gather all the fruit.*

Defrusto, frustatim excerpere, per frusta.

Defrŭtária vasa, defruto confici-endo accommodata.

Defrŭtarius, a, um. adj. Colum. ἑψητικὸς. *Belonging to sodden new wine.*

Defrŭto, as, mustum decoquere ut inde defrutum fiat, ἑψέω. Col. *To make sodden wine.*

Defrŭtum, ti, n. à defervendo (ut inquit Palladius) vinum decoctum usque ad mediam partem, ἕψημα, ἑψητὸν, παραχώμενα, quòd effervescendo sit diminutum, à deferveo, Isidor. 20. 3 defrutum dictum est qd. defrudetur, & quasi fraudem patiatur, V. Non. Marc. *Wine made of new wine whereof the one halfe, or third part is sodden away,* Plin.

† Defuat, Pla. id. qd. deficiat.

Defuga, transfuga.

Defŭgio, is, ĭtum, ĕre, recusare, refugere, ἀναχάζω, ἀποφεύγω. *To flie backe, to eschew, to avoid.*

Defui, præteritum, à desum, ἀπῆν *I was absent.*

† Defun-

† Defunctè, adv. Gloss. *Carefully, speedely.*

Defunctoriè, Dig. μετ' ἀφοσιώσεως, idem quod perfunctoriè, languidè, non diligenter, ut defunctoriè facio, quod facio ut defungar, i. ideo ut eo liberer.

Defunctus, a, um. (defunctus vocatus, quia complevit ritè officium, dicimus enim defunctos officio, qui officia debita compleverunt, & honoribus functos. Hinc defunctus quod ab officio vitæ sit depositus, sivè qd. sit diem functus. ἀπολειτουργήσας, τελευτήσας. Defunctum, quod opera nostra amplius non eget, sed est ei suprema manus imposita) ἀπαλλαγείς, ἀφειμένος. *That hath done his office or duty, that hath discharged, ended, that hath ridde, also dead, also* substantivè, apud Plin. 2. 68. pro cadavere.

Defundo, is, ūdi, ūsum, ĕre, Col. καταχέω. *To powre out, to powre downe, or in.*

Defungor, ĕris, ctus sum, gi, ad finem fungor, finem impono, ἀπαλλάττομαι, ἀφίστάομαι. *To be delivered, rid, and no more charged of a thing, slackly to pay.*

† Defurno, as. *To take out of the furnace or oven.*

† Defustat, ξυλοκοπεῖ. *He beateth.*

† Defustatio, f. g. Aug. *A beating with a club.*

† Defustator, masc. Aug. *He that beateth with a club.*

† Defustatus, a, um. *Beaten with Clubs.*

† Defusto, as, avi, are, Gloss. *To beat with a club.* à fuste, vide M.

Defusus, a, um. Col. *Powred out.*

† Degaleo, as, avi, are. *To disarme.*

† Degalo, as, leg. & incho. degalascо, regalascо, &c.

Degener, ris, adj. Virg. quasi à genere descisсit, ἀγανής, ἀνεξεκποδὼν. *That doth degenerate, or goe out of kinde, base, unlike his Ancestours.*

Degĕneratio, f. Aug. ἀφυία. *A degenerating.*

† Degenerator, m. Aug. *Hee that degenerateth.*

Degĕnĕro, as, (qui majorum suorum virtuti non respondet, degenerare, à genere decidere, deflectere, ἐξευγενίζομαι, νοθεύομαι.) *To degenerate, to grow out of kind, to grow base.*

Degens, tis, part. *Living.*

Degere, pro degustare.

Degĕro, is, ssi, stum, ĕre. φέρω. *To carry out or from, to carry unto, to consume,* Plaut.

Degi, insinit. pass. *To be led, or passed, to be taken away.*

Degitur, imp. *It is led.*

Deglabratorius, a, um. Juv. *Of or belonging to the taking away of haires.*

Deglabris, adj. Ap. *Somewhat without haires.*

Deglăbro, as, Dig. ἀποψιλόω. *To plucke off the haires.*

† Deglūbo, as, Gl. deglubat, ἐκδέρει, dilanio, as, Acerd. v. deglubo, is.

Deglubo, is, bi, bitum, ere, corticem ex imo siliquam, aut folliculum excutio, ἀποδέρω, ξυέω. ex de & glubo, Var. *To pill, to pull off the skinne or rinde,* excoriare.

† Degluptus, a, um deglupta mænas vel mæna, à deglubendo, ut ψωλὸς à ψῶ, Gloss. deglubat, ἐκδέρει, Vide Taub. & Turneb. *Circumcised as a Jew.*

† Deglutinatio, fœm. g. Gloss. *An unglueing.*

Deglutino, as, Plin. diglutinatum dissolvo, ἀναχολλάω. *To unglue, or loosen.*

† Deglutitio, onis, f. g. Gorrh. *A swallowing downe,* ex de & glutio.

Deglutio, is, ivi, itum, ire, deglutiendo absumo, καταπίνω, βορχθίζω. *To swallow or devoure.*

Dĕgo, is, egi, ĕre, ex de & ago, i. moveo, detraho, deinde duco, vivo, ἄγω, διατείβω. *To passe through, to live, to bring to an end, to lead, to continue.* Accipitur & pro demere, detrahere.

Degradatio, onis, idem quod depositio à gradibus vel ordinibus. *A degrading, a taking away of his degree, or order.*

Degrado, as, de gradu dejicio. *To put out of office, to degrade, to put from his degree, to debase.*

† Degrandesco, scis, Hieron. *To waxe lesse.*

Degrandino, as. Ov. valdè grandino, ὑπογαλάζω. *To haile.*

Degrassor, āris, Stat. ἐγκαταστήπτω, λεηλατέω. *To rob by the high way, to rage.*

† Degravatè, adv. Aug. *Wearisomely.*

† Degravatim, Gloss. id est, non gravatim.

Degravatus, a, um, Col. *Weighed downe.*

Degrăvo, as, βρίθω, καταβαρύνω, gravem & ponderosum reddo, gravo, deprimo. *To make heavy, to load, to weigh.*

Degravor, aris, Col. *To be made heavie.*

Degrĕdior, ĕris, ssus, ssum, di, ex de & gradior, Tacit. degredi deorsum gradi, descendere, καταβαίνω. *To goe or passe downe, to descend.*

Degressus, a, um, adj. *Going downe.*

Degrummor, aris, ad grummæ mensuram dirigere, Lucr. εὐθὺ κατὰ στάθμην. *To levell, to direct by line.*

† Deguit, ex dego. *Hath lived.* Acerd.

† Degulator, m. Isid. ἄσωτος. *Hee that swalloweth, wasteth, or consumeth.*

Degulo, as, Non. καταλιχνεύω. *To consume in gluttony.*

† Degumio, vel degumo, devoro, à de & gumia, Gloss. à degumere, ἀπογαύσασθαι, mendosè apud Fest. degumere rectius degumiare, devorare, Fe. gumia ingluvies, à gula dict. hinc ingluvies, & gluto, gulo, gumia, guttur, v. gumia, & Scal. ad Var & F.

† Degunere, degustare, Fest. Scal. degumare quod vide.

Degustatio, onis, f. Ulp. ἀπόγευσις. *A tasting.*

Degusto, as, ἀπογεύομαι. *To taste, to touch a little, to perceive a little, to touch or enter upon.*

† Dehabeo. *To want.*

Dehaurio, is, si, stum, ire. Cato. ἀνελάω. *To draw out.*

Dĕhinc, adv. ἀπὸ τότε, ἐντεῦθεν, ὕστερον, posthac, abhinc, item sig. deinde. *From henceforth, moreover, secondly, from this time hereafter.*

Dehisco, is, ere. χαίνω. *To gape, cleave, or goe asunder.* Plin.

Dehonestamentum, ti, n. ge. Gel. αἰσχύνη. dehonestamentum dicitur, id. qd. gratiam & honestatem alicui rei adimit. *That which doth dishonest, or disgrace, dishonestly, or disgrace.*

Dehŏnesto, as, ἀτιμάζω, αἰσχύνω *To dishonest or disgrace, to deface, to discredite.*

Dehonestus, a, um. Gel. ἀπότιμος *Dishonest.*

† Dehonoro, as. *To dishonour,* leg. & exhonoro, inhonoro, as.

Dehortatio, ōnis, f. g. ἀποτροπή, Diom. Gram. l. 2. est enarratio, exempli vel rei præteritæ relatio, significans dehortationē, adhortationemve. *A dissuading.*

Dehortor, āris, μεταπείθω, ἀποτρέπω, ἀποκαλέω. *To dehort, to dissuade, to persuade to the contrary.*

† Deicida, æ, masc. qui occidit dominum.

Deicola, æ, com. g. Hierom. qui colit deum. *A worshipper of God.*

† Deicus, a, um, & deicè, ex Deus, v. Dominicus.

Dejectio, ōnis, f. καταβολή, ἐκβολή, καταβλήσεις dejectiones & subductiones vocat A. excrementa per alvum excuntia. *A casting downe, a going to the stoole,* Cels.

Dejecto, as, Stat. ὑπερπίπτω. *To cast downe often.*

Dejector, ōris, masc. Frag. Poet. ὁ καταβάλλων. *Hee which casteth downe.*

Dejectus, us, idem quod dejectio.

Dejectus, a, um. καταβληθείς, κατεκβληθείς. *Cast downe, brought low, bowed downe, cast out or from.*

† Deje-

† Dejeratio, ōnis, f. *A swearing.*
Dejerator, ōris, masc. *A great swearer.*
Dejero, as, Tertul. ἐπομόω, ὀμνύμι, sanctè juro, jurejurando affirmo, de auget significationem. *To swear with a great oath, to take a solemne oath.*
Deifer, Deum ferens.
Deifico, as. *To deifie or make a God.*
Deificus, a, um. Aurelius. *That which God hath extraordinarily made or sent.*
Dejicio, is, ēci, ectum, ere, καταβάλλω, καθοδόομαι, deorsum jacio, vel mitto, item averto, depello, deturbo. *To cast, or throw downe, to turne or put away or out, to discomfit, to cast from or away, to put from, to goe toestoole,* Cell.
Dejicior, pass. *To be, &c.*
Dein, adv. ordinis, postea, de uno tempore in aliud, V. Deinde.
Dēinceps, adverb. ordinis, (quod deinde capit, ut princeps qui primum capit, Fest. deinceps ἐφεξῆς, ἑξῆς, ἑξῆτα, ἐπειτα, ἐπειδὴν, qui dein, i. deinde cepit; deinceps quasi deinde capiendo, consequenter. deincipem antiqui dicebant proximè quemque captum, ut principem primum captum. *From henceforth, hereafter, one after another, consequently, furthermore,* Deincipite die, *the day following.*
Deinde, adv. ordinis, hic denotat post, ex de & inde, dict. ἐντεῦθεν ἐκτότε. *Moreover, besides this, afterward, henceforth, secondly.*
Dēinfĕr, Non. ex Salust. ἄνωθεν. *From above, furthermore.*
† Deintegro, as, significat imminuere, & ex integro, & non viriato vitiatum reddere, Cæcil. nomen virginis nisi mirum est deintegravit.
Deintegrò, adv. ἐξυπαχῶς. *Anew, againe. afresh, eftsoones.*
Deiparus, a, um. Jun. θεοτόκος, *That beareth or bringeth forth God.*
Deitas, atis, f. natura Dei, ut Gr. Θεότης. Aug. al. divinitas dicitur, Col. *The Godhead.*
Dejudicare veteres pro dijudicare, V.
Dejudico, V. Dijudico, Calv.
Dējugatio, onis, fœmin. gen. *An unyoking.*
Dejugator, ōris, m. Col. *Hee that unyoketh.*
Dejugo, as, Nonn. ex Pacuv. ἀποζυγόω. *To unyoke, to dissoyne, to sever.*
Dejugulatio, ōnis, fœ. gen. Hier. *A killing,*
† Dejugulator, m. Aug. *He that killeth.*
† Dejugulo, as, Hier. *To kill.*
Dējugus, a, um, adject. Stat. *Unyoked.*

† Deividum genus est fidelium, Acerd.
Dejungo, is, xi, ctum, ĕre, ἀφορίζω. *To unjoyne, to sever.*
Dejurium, ii, n. ὁρκωμότες. *A solemne oath.*
Dejuro, as, Plaut. idem quod dejero.
Dejurus, ὁρκωμότης. qui sanctè & valdè jurat, Cal.
Dejuvo, as, Plaut. i. non juvo.
Delābor, ĕris, psus sum, ābi. deorsum labor, καταπίπω, καταολισθαίνω. *To slide or fall downe, to decay, to faile, to passe from, to come unto, to leane towards.*
Delăcero, as, Plaut. καταμώσω, καταῤῥήγνυμι. *To teare or rend in pieces.*
Delachrymatio, ōnis, fœm. Plin. καταδάκρυσις. *The falling downe of humors, the waterishnesse of the eyes, or weeping.*
Delachrymativus, a, um. adj. Gor. *Of or belonging to the falling or causing the distilling of any humor.*
Delachrymo, as, & delachrymor, aris, ἀποδακρύω. V. Lachrymo & lachrymor, Col.
Delactatio, ōnis, f. Cat. *A Weaning.*
† Delactatrix, icis, f. g. Aug. *She that weaneth.*
† Delactatus, a, um. V. Ablactatus. Var. Calv.
Delacto, as, Cels. *To weane.*
Delævo, as, Col. λειάνω. *To make smooth.*
Delambo, is, Stat. καταλείχω. *To licke off,* leg. & elambo.
Delamentor, aris, καταδακρύω, ὀρηνέω, Ov. *To bewaile.*
Delanio, as, discindo, & quasi lanam traho, unde lanius qui pecus discindit, δακνόπλω, διασπάω. *To cut or teare in pieces, to flea,* Fest.
Delapidata, lapide strata, Fest. *Pauements.*
† Delapido, V. Dilapido.
Delapsus, a, um, adjectiv. καταλιθάσας, καταπεσών. *Sliding, or slidden downe.*
† Delaqueo, V. Elaqueo.
† Delassatio, onis, f. gen. Gloss. *A wearying.*
Delassator, m. Marc. *He that wearieth.*
Delassatus, a, um. Plaut. καμών. *Wearied.*
Delasso, as, καματάω, Horat. *To weary.*
Delatio, ōnis, f. g. accusatio, ἔνδειξις. *A private accusation or complaint, a declaration against.*
Delator, ōris, m. Suet. dict. Isid. eo quod detegat quod latebat, Agræt. qui defert ad accusandum, σεσηκὼς συκοφάντης. delator ponitur primum pro denunciatore, Pap. 2. autor & causa prodendi alicujus negotii vel rei quæ ante cognita ab eo postea detegitur ac judicatur, item pro occulto accusatore & calumniatore. delator item est qui invidia producit alios, *He that secretly accuseth.*
Delatorius, a, um, ad delationem pertinens, delatoria curiositas pro maxima diligentia, Calv.
Delatum, est quod adeundo consequi possumus.
Delatus, a, um. καταχθεὶς. *Brought unto, accused.*
Delavo, as, Plaut. Rud. ἀποπίπω. *To wash away.*
Delebĭlis, le, adj. Mart. ἐξαλειπτὸς, delebile quod deleri potest, *That may be crossed or scraped out, or defaced.*
Delectabilis, le, adj. τερπνὸς. *Delectable, delightfull, pleasant.*
Delectabiliter, adv. Gel. τερπνῶς. *Delectably, pleasingly.*
Delectamentum, ti, n. idem quod delectatio.
Delectatio, ōnis, f. g. τέρψις, εὐφροσύνη. *A delight, pleasure.*
Delectatior, comp. *More pleasing or delightfull.*
† Delectio, alicujus rei examinatæ delectionem appellamus: nam diligi affectionis, deligi judicii est, Agr.
Delecto, as, τέρπω, θυμραίνω, ἥδυνω. compositum à de & lacto, quod est frequentativum à lacio, delectationem habeo, effero, vel à delicio, V. infrà, quem delectamus eum re jucundâ illicimus, ut à lacio est lacto, sic à delicio est delecto, ab illicio illecto. delectare propriè sig. attrahere, ducere, item gratum esse, jucunditate afficere. *To delight, to allure.*
Delector, aris, Col. *To be delighted.*
Delectum, ti, n. *Choice judgement, because without judgement and discretion and right discerning a man can not live rightly.*
Delectus, us, ἐκλογὴ, *An election, choice,* Delectus item pro discrimine sive judicio.
Delectus, a, um. part. à deligor, ἐκλεκτος, ἀπόλεκτος. *Chosen.*
Delegans seu qui delegat, solvit, ideoque ut indebitè soluti, ita indebitè delegati conditio est, Vide Calv.
Delegata, V. Delicata, i. Diis consecrata.
Delēgatio, ōnis, Verbal. ἀφορισμία, ὁπόθεσις, *The assignation to an office, charge, or commission, a sending away, an assignement of a debt.*
Delegatus, dicitur cui causa demittitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in jurisdictione nihil proprium habens. *A delegate, one to whom authority is committed, from another to*

handle and determine matters.

Dēlēgo, as, ὑπαρίθμω. *To assigne, to appoint, to give, to send on a message, to send away.*

† Delēnificum, ci, n. g. Aug. *A mitigating.*

Dēlēnificus, a um. adjectiv. θελκτήριος, κατευνητικός. *That mitigateth,* Plaut.

Dēlēnīmen, inis, Cels. *A mitigating.*

† Dēlēnimentum, ti, n. φίλτρον, Afran. Liv. ex delenio, i. lenem reddo. *A medicine to procure love.*

Dēlēnio, is, ivi, ītum, īre Plaut. ex lenio, demulceo, lenem vel mansuetum reddo, κατευνάω, καταμαλάσσω. *To mitigate, to make gentle, to trouble, to disquiet, to put out of the wits.*

Delēnior, iris, pass. Col. *To bee mitigated, &c.*

Deleo, es, evi, etum, ere, ἐξαλείφω, ἀφανίζω, ἀμαυρόω, ex de & leo. Prisc. Bec. ex de & oleo, Non. ex leo antiq. *To blot out, race, deface, to destroy, to vanquish, to forget, or cause to be forgotten.*

Deleor, pass. Ovid. *To bee, &c.*

† Deleterium, quod & pthatticum & pthoropæum, lethale venenum est, ex δηλέω.

Dēlētilis, le, adj. Var. ἐξαλειπτικός. *That which destroyeth, also that which is easie to be raced out.*

Dēlētio, ōnis, f. ἐξάλειψις, καταστροφή. *A racing out, or destroying.*

† Deleterius, a, um. à δηλέω lædo. δηλητήριος. *Of, or belonging to killing or destroying.*

† Dēlētitius, a, um, adj. Digest. ἐξαλειπτός. *Belonging to blotting out, apt to be raced, or blotted out.*

† Dēlētor, ὁ ἐξαλείψας. *Hee that blotteth out.*

Dēlētrix, icis, f. ἡ ἐξαλείφουσα. *She that raceth out.*

Dēlētus, a, um. part à deleor, ἐξαλειμμένος. Deletus & delitus, extinctus, indutus, quòd à deleor est, non delino. *Blotted out.*

Deliaca supellex Ciceroni appellata, in qua erant triclinia & lecti cum pedibus & fulcris, ex ære Deliaco factis.

† Deliacus, *A gelder of Cockes.*

† Delibatio, ōnis, fœ. Flor. ἀπόγευσις. *A tasting, a taking out, a sacrificing.*

Delibator, ōris, masc. *A taster, a Carper,* Liv.

† Delibator um, ii, n. Plin. l. 16. locus delibationi accommodatus, al. legunt diribitorium.

Delibatus, a, um. ἀπολειβόμενος, ἀποδρεθείς. *Tasted, chosen, hurt, also untouched*

Deliberandus, a, um, Liv. *That adviseth upon any thing.*

Deliberandus, a, um. συμβευτέος. *Due to be deliberated or consulted of.*

Deliberatio, ōnis, f. συμβουλία. συμβούλευσις. *A deliberation a Consulting.*

Deliberatius, comp. *More, &c.*

Deliberativus, a, um. συμβουλευτικός, ex deliberatione constans. Deliberatio genus orationis, causa deliberativa, materia deliberativa. *That pertaineth to deliberation.*

Deliberator, oris, m. βουλευτής, σύμβουλος. *He that deliberateth or adviseth.*

Delĭbĕratum, ti, n. g. substantivè, βουλευτόν. *That which is consulted of or done by deliberation.*

Deliberatur, & deliberatum est, imperf

Deliberatus, a, um. adj. βεβουλευμένος. *Consulted of, advised upon.*

Delĭbĕro, as, dictum est à libra. quasi libella perpendo, Perot. vel à libero, quia capio consilio mens à cogitatione liberatur, al. à de & liberum, quia deliberamus de liberis actionibus, M. συμβουλεύω, διαγινώσκω, μετεύω. *To deliberate, to advise, to consult, to doubt, to determine, to thinke upon.*

† Delibito, as, & delibitor, aris, ex delibo, M. ex Turn. freq. *To taste often,* V. Turn. 6. 1.

Delĭbo, as, decerpo, qu. libando deminuo, degusto, ἀπολείβω, interdum violo, destruo, vitio. *To taste, to touch, to picke out, to violate, to sacrifice, to diminish.*

† Delibrat, i. diminuit, Lucull.

Delibratio, ōnis, f. Col. *A pilling, taking off the barke.*

† Deliberator, m. *He that pulleth off the rinde or barke, he that openeth any matter.*

Deliberatus, a, um. Cels. *Pilled, unbarked.*

Delĭbro, as, pen. cor. Col ἀπολεπίζω, decortico libram, i. corticem arbori detraho, aquam sulco, derivo, quasi delibratur seu decorticatur. *To pill, to pull off the barke.*

Delibro, as, pen. prod. à libra compositum, ponderare.

† Delibuo, is, Sol. 18. Gl. ἀλείφω, βρίχω, καταβρίχω, ex de & libo, ex Gr. λείβω, λείβω, stillo, fundo, ἀλείφω, delibuo. *To annoint.*

Delibūtus, us, m. *An annointing.*

Delĭbutus, a, um, adj id est, oleo imbutus, i. e. unctus, quidam à libo. Delibutum unctum significat quasi oleo imbutum, q. sit oleo imbutus, aut a jo liquore. λιπαρός, ἀλειμμένος. *Annointed or dipped in oyle or other liquor, replenished, stained.*

Delicatè, adv. τρυφερῶς, ἁβρῶς. *Delicately, nicely.*

† Delicatudo, ĭnis, f. *Deliciousnesse.*

Delicātulus, a, um, Ap. *Somewhat delicate.*

Delicatus, a, um, ἁβρός, τρυφερός, ἁπαλός, εὐθυμητικός, deliciis addictus, à delicium vel delicia, Fest. delicata dicebant Diis consecrata, quæ nunc dedicata, unde adhuc manet delicatus, quasi lusui dicatus. delicatus debitor est quasi laxui consecratus. quod enim nunc delicatus prius delicatum dixere, alii delicatus, deliciis addictus, à delicium vel delicia. *Delicate, pleasant, nice.*

Delicia, æ, f. est tignum quod à culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur, Fest. V. Deliciæ.

Deliciæ, arum, f. ex delicio, quod ex de & lacio, deliciæ sunt quæ laciunt, i. trahunt ad se, lax fraus est, Fest. ἁβρωσύνη, τὰ παιδικά, τρύφη. *Delights, pleasures, dainties : A Minion, importunate desire, unreasonable.* legitur & delicium in singulari apud Mart. pro eodem, & legitur delicia, æ, pro eodem, apud Plaut.

Deliciaris, re, ad. ut tegulæ deliciaris, Fest. unde aqua deliquet, vel quia aquam deliquat, i. effundit, vel qd. inde deliciata aqua. *Gutter tiles.*

Deliciatus, a, um, adj. Fest. tectum deliciatum. *A print house.*

† Delicio, is pro illicio, Non. ex Tit. lib. 5.

† Delicio, as, ficut delicio, is.

† Deliciolæ. *Gutter tiles.*

Deliciolum, dim. à delicium, Sen. 12. Ep. 2. παιδικά. *A love, a delight, a darling.*

† Deliciositas, ātis, fœm. *Deliciousnesse.*

† Deliciosus, a. um. *Very delicious or sweet.*

Delicium, ii, n. res quæ oblectet, quòd facilè ea homines deliciantur & inescentur. *Delight or pleasure.* V. Deliciæ.

† Delico, as, Fest. pro dedico, as. item pro explano, δηλόω, Non. 19. 14.

Delictum, ti, n. πλημμέλημα, ἁμάρτημα, ex delinquo, malum vel peccatum, non est aliquid quod est, haud magis quàm tenebræ aut cæcitas, sed tantum privatio, & deliquium boni. *A fault, a small offence,*

† Delicuerit, i. liquefacta fuerit, deliquerit.

Delicus porcus, Var. lib 2. de re Rust. c. 4. à lacte depulsus, à de & lac. *A weaned pigge.*

† Delicuum, n. πλημμέλημα, Gloss. à delinquo, v. Deliquium, Plaut. minus.

Deligator, m, Marc. *He that bindeth.*

† Deligatus, a, um. adj. *Bound up.*

Dēlĭgo, as, ex de & ligo, ἀποδέω. *To binde or knit.*

Dēlĭgo, is, ĕre, ĕum. ex de & ego. ἐκλέγω, ὑπολέγομαι, legō, eligo, delectum

delectum habeo, deligere pro deligare, Gel. 7. 9. item pro colligere. *To chuse, to gather.*

† Deligurio, v. ligurio, leg. & præligurio.

Delĭmātio, ōnis, f. *A fining or refining.*

Delĭmātor, m. Tertul. *Hee that fileth.*

Delimatus, a, um. Plin. *Filed, or shaven off.*

† Delimito, as. *To binde from.* leg. & elimito.

Delimo, as, Plin. ex de & lima, ξυσῥινέω, ξυνίζω. *To file or shave off.*

Delineamentum, v. delinimenta, vel delineamenta, novercalia apud Jurisconsultos, interpres novercales blanditias exponit.

Delĭnĕatio, ōnis, f. καταγραφὴ. *A delineation the first draught of a Picture.*

Delĭnĕator, oris, masc. gen. Liv. διαγραφεύς. *Hee which delineateth or draweth a picture.*

Delĭnĕo, as, ex de & linea, Plin. διαγράφω, καταγράφω. *To delineate, to draw the forme or portraiture of any thing.*

Delineor, aris, Veg: *To be delineated or painted.*

† Delinĭficus, idem quod deleneficus.

Delingo, is, xi, ĕre, Plaut. ἀπολείχω. *To licke off or up.*

Delinimentum, ti, neut. gener. Liv. θέλγητρον. *A mitigating or asswaging.*

Delinio, is, ivi, itum, ex de & linio, id est, ungo, καταθέλγω μυλιαίνω. *To annoint, to touch, to rub softly; also to mitigate, to delight.*

† Delinior, iris, Aug. *To bee mitigated.*

Delinitio, ōnis, f. κήλησις, θέλγητρον. *A mitigating.*

Delĭnitor, oris, m. θελκτὴρ, καταπλαστικὸς. *He that mitigateth or asswageth.*

Delinitus, a, um. καταπλασθείς, καταθελχθείς. *Annointed, touched gently, allured.* Deliniti, i. mente abalienati.

Delino, is, delini, delevi, delivi, delĭtum, ξαλείφω. *To blot, to deface.*

Delinor. *To be daubed.*

Deliquentia, æ, fœm. gener. scil. actus delinquentis, peccantis, Tertul. *A fault in leaving a good thing undone.*

Delinquo, is, iqui, ĭctum, ĕre, valdè linquo, deficio, officium prætermitto, pecco, πλημμελέω, παύω (delinquere est prætermittere qd non oportet, hinc deliquia. &c. Fest. *To leave undone, to omit, to offend, to faile, to faine.*

Delinquor, pass.

Deliquamen, ĭnis, n. Cels. *The fat that is melted from flesh.*

Deliquatio, ōnis, fœmin. Cels. *A melting.*

Deliquatus, a, um. Frag. Poet. *Molten.*

Deliqueo, es, ēre, ex deliquesco, is, delicui, dissolvor, liquefio.

Deliquesco, Plaut. in Cus. *To bee melted.*

Diffluo, ἐκτήκω, συντήκομαι. *To melt, to dissolve, to consume.*

Deliquiæ, arum, f. Vitr. ex deliquo. *Gutters into which eves doe droppe.*

Deliquium, ii, neut. gener. ἀποτήξις, ex deliquo, as, ipsa deliquandi actio, turbulentia, molestia: Vide Cal. in deliquo ex Plaut. *A draining, a pouring out, a making cleare.*

Deliquium, ii, n. g. à deliquio, id est, deficio, πάθημα, ἐκλείψις, Fest. deliquum, Scalig. delicuum, Plaut. Deliquium solis, quum sol deficit lumine. *Lacke, defect, eclipse.* Deliquium animi. Jun. præceps virium lapsus, λειποθυμία. *A fainting or swouning.*

Deliquo, as, Col. ἐκχέω, ἐκτήκω. *To draine out water, to poure out liquor,* Var. Deliquare, es turbido liquidum facere. *To make cleare.*

Deliquum, i. neut. gen. ex delinquo, ex deliquo, apud Plautum significat minus, in Casin. Fest. *Lesse.* Vide Deliquium.

Delirabundus, a, um. Hier. *Doting much.*

Delirans, tis, particip. *Doting, &c.*

Deliramentum, ti, neut. gener. λήρημα, ληρῶν. *A dotage, a Toy,* Plaut.

Deliratio, ōnis, f. παραφεσύνη, παραφόρησις. *A going crooked, dotage, madnesse, raving.*

Deliritas, atis, fœm. pro deliratio, Non ex Lab.

Delirium, ii, neut. gener. Cels. idem quod deliratio. Desipientia, Græc. παραφεσύνη, mentis alienatio.

Delĭro, as, παραφρονέω, παραληρέω, πταρρυέω, παφαπαίω. (delirare est de recto decedere. Lira autem est fossa recta, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quam Uligo terræ decurrat, Nonn. & quia rectus est sulcus, delirare dicuntur qui extra sulcum, id est, à recta via declinant. *To goe out of the right path, to dote, to bee out of right wits, to rave.*

Delirus, a, um. ληρώδης, παράφρων, ex de & lira, fossa, Isid. delirus mente, defectus per ætatem, vel ἀπὸ τῦ ληρᾶν, vel quod à recto ordine, & quasi lira oberret. Græcis à ληρέω ineptio, Gloss. vet. leg. de quod est à λῆρος nugæ, ineptiæ, ut lerus & delero, M. *That doteth, that raveth.*

Delitens, par. Plin. δηλανθάνων. *Lurking.*

Deliteo, es, ui, ēre, ex de & lateo, & delitesco, is, Virg. ἐκλανθάνω, ἐγκρύπτομαι, φωλεύω. *To lie hid, to lurke, to hide, to defend.*

† Delitescentia, fœmin. Aug. *A lurking.*

Delities, v. delectatio.

Delitigatio, onis, fœm. Aug. *A stirring.*

Delitigo, as, Hor. φιλονεικέω. *To brawle or chide earnestly.*

Delitigator, Firm. *Hee that contendeth.*

Delitus, a, um. v. Delinitus.

† Delorico, as, v. dilorico.

† Delphax, Græc. dict. quæ delphin habeat, id est, Vulvam. *A sow, a hogge.* Ar.

† Delphicæ, arum, f. dict. quod donis maximè Apollinis Delphici ditabantur, Paulus interpretatur tripodum cortinas ære factas, vide Hot.

Delphicus, a, um, δελφικὸς, Jun. *Three footed round, serving many purposes.* Delphica mensa, & absolutè delphica erat mensa lapidea marmorea non magni precii, τριπόδης τράπεζα, τρίποδες: hinc pro abaco, seu ministerio, vel repositorio ponitur, dict. quia apud Delphos primùm fiebat.

† Delphides. *A fruit of the kinde of Carrets.*

Delphin, vel delphis, inis, vel delphinus. ni, masc. gen. δελφὶν, δελφὶς, quidam ex לויתן leviathan, (i) balæna, vel draco marinus, delphinus: hinc certum habent vocab. quòd voces hominum sequantur, vel quòd ad Symphoniam gregatim conveniant. v. Isid. δέλφαξ porcellus, vel potiùs porcella, ἡ δέλφυς ἔχουσα vulvam habens, inde delphin: interiora enim, ut jecur, &c. porco habet similia. *A fish called a Dolphin; also a signe in the Firmament;* ap. Var.

Delphin. *A kinde of bullet of leade, or iron, which in Sea fights they used to cast into the Enemies shippe.*

† Delphinisçus. *A little Dolphin.* Cæl.

Delphinium. *The judgement hall so called of the Athenians.*

† Delphinum, n. *A kinde of herbe.* Cal. ex Dioscor. dict. quòd hab. folia δελφινοειδῆ.

† Deltoides, *Having the figure of Δ Delta, i. three square, a muscle in the throat of the arme.*

† Deltoton, δέλτωτον. *A constellation of stars like the letter* Delta, Δ.

Delubrum, bri, neut. gen. τὸ τέμενος ναός. Ita dictum quod in eo

dii ponantur, sicut candelabrum, ubi candelæ, Calepin Fest. delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est, decorticatum, quem venerabantur pro Deo, Isidor. delubra dicebantur templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur, à diluendo, M. S. à deleo quod ibi probra, i. est, peccata deleantur, Var. scrib. alios existimare esse delubrum, in quo præter ædem sit area assumpta Dei causa, al. locum in quo Dei simulachrum sit dedicatum, ut à Dei simulacro dedicato delubrum sit dictum, sicut candelabrum, ubi candela ponitur, delubrum, aliis delabrum, ligneum simulachrum, dicitur, à libro, id est, raso ligno factum, vide Fung.) Serv. in 2. Aeneid. Delubrum, dicitur quod uno tecto plura complectitur numina, quia uno recto diluitur. idem in lib. 4. Delubrum dictum propter locum in quo manus abluuntur, vel propter tectum conjunctum. Sunt qui templa dicunt singulorum diis attributorum locorum, delubra multarum ædium sub uno tecto, à diluvio pluviæ munitarum Cornel. Fronto. delubrum in quo homines periculasua diluunt Ponunt enim vel pileum, vel scutum, vel alia susceptа votis. periculа diluere, i. solvere donarium in memoriam periculi superati. vet voc. Cath. quod in sacris templis delentur umbræ peccatorum, vide M. *A place where Images of gods were, or an idoll of wood, a temple, a place before the temple, where they washed before they went in.*

† Delúctatio, f g. Hier. παλαίσεως. *A wrestling.*

† Delúctator, ōris, m. Hier. παλαιστής. *He that wrestleth.*

Delúctor, āris, & delucto, as. Plaut. v. luctor & luctо.

Deludificatio, fœm. gen. Aug. *A mocking.*

Delūdificātor, ōris. *Hee that mocketh.*

Delūdificeo, as. διαπαίζω, χλευάζω. *To mocke.*

Deludificor. idem.

Delūdo, is, di, sum, ĕre. Plaut. irrideo, decipio, καταπαίζω, ex de & ludo, deludimus verbis, eludimus rebus. *To delude, to mocke, to straine hard in any exercise.*

† Delventinus. *A god worshipped by the Romanes.*

† Delumbatio, ōnis, Cel. *A breaking or beating.*

† Delumbator, oris, masc. *Hee that beateth or breaketh.*

† Delumbarus, a, um. *Beaten or weakned.*

Delumbis, be. Pl. quod lumbis caret, ἀνισχύς, ἀδύνατος. *Weake, imperfect, effeminate.*

Delumbo, as. lumbos frango, ἐξαδυνάτω, ἐκτείνω. *To breake or take away the loynes or reines, to make weake.*

Delŭo, is, ui, utum, ĕre, πλύνω, ἀποπλύομαι, Var. diligenter luo, lavo, item madefaciendo deleo, Fest. deluit, solvit, à Græc. διαλύω, Agret. deluit, purgat, diluit, temperat. *To wash away, to wash cleane, to blot out.*

† Delusio, f g. Aug. *A delusion, a mocking.*

Delusor, masc. gen. *A deluder, a mocker.*

Delūsus, a, um. p. à deludo. *Deluded, mocked.*

† Delutamentum, n. idem quod lutum.

† Delutatio, f g. Aug. *A beraying with mire or clay.*

Delutio, ōnis, f. idem quod ablutio, Cels.

Delūto, as. luto aspergere, vel tegere, luto aliquid obduco, πηλόω. *To daube, or lay over with lime or clay.*

Demădeo, es, Ovid. idem quod madeo.

Demădidus, a, um. Stat. idem quod madidus.

Demăgis, ex de & magis, id est, valde magis, Lucil. item demagis antiqui pro minus dicebant. Fest. *Very much, very little.*

† Demagogus, gi, m. gr. dict. quod ducit populum, δημαγωγός, qui scit plebem ducere quo vult, à δῆμος populus, & ἄγω duco. *He that getteth the peoples love, and popular applause, a popular man.*

Demandatio, ōnis, f. gen. Codex, ἐπιδοσις. *A commission or committing unto.*

Demandator, m. Dig. *He that putteth in trust.*

† Demando, as, Liv. ἐπιτρέπω. *To commit wholly unto, to geve in charge.*

Demandor, āris. *To bee given in charge.*

Demăno, as. Cat. idem quod mano.

† Demarchus, chi, m. g. Spart. græc. δήμαρχος, populi princeps, tribunus plebis, in specie cujuscunque municipii princeps, Fe. δῆμοι apud Atticos sunt ut apud nos pagi. *A ruler of the people.*

Demărāculum, i. Ap. vide demeo, καταχώρισμα. *A going downe a place, to goe downe into.*

† Demembro, as. verb. *To dismember.*

Dememini, Mart. *I forgot.* Est memoria optime tenere vel oblivisci. V. Taub. & Grut. in Plaut.

† Demendatio, Gloss. Vide commendatio.

Demens, ntis part. à demo, v. demo. παράφρων, ἄνους, ἄφρων, (comp. dementior, issimus superl. sine mente, qui est mente deminuta, de mente & sanitate deturbatus, insanus, amens. *Out of his right minde, foolish, mad, wood, enraged.*

Demensum, si, neut. στομάτιον, (ex mense, singulis mensibus singulis distrib. vel à metiendo, Donat. servi quaternos modios acciebant frumenti in mensem, Fung. à demetiendo. al. malint scribi dimensum, Ter.) *A quantitie of graine, which maisters gave to their servants monethly, also allowance, portion.*

Demensus, a, um. particip. ex demetior, ἡμιτρητός. *Measured.*

Dementātio, ōnis. Ap. *A making or being mad.*

Dementator, ōris, m. Cels. *He that maketh mad.*

Dementèr, adv. ἀνοήτως. *Madly, foolishly.*

Dementia, æ, f. παράνοια, ἀφροσύνη. *Out of the right minde, madnesse, folly.*

Dementio, is, ivi, ire. Luc. id est, de mente exire, παραφρονεῖν. *To goe out of his right minde, to become mad.*

Dementior, īris. i. valdè mentior, καταψεύδομαι. *To lie greatly.*

Demento, as. Apul. Demens sum, item dementem facio, μωραίνω, ἐξίστω. *To make mad, to become mad.*

Dementor, āris, Firm. vide demento.

Demeo, as, Apul. deorsum meo, unde demeaculum, descensio ad subterranea, καταβαίνω. *To descend or goe downe.*

Demerendus, a, um. *Duely deserved, one to be merited.*

Demĕrĕo, es, ui. Ovid. καταπίμπλημι, ἀναλαμβάνω. Quasi lucror, est etiam demereo, præcipuè cum accusat. personæ junctum, idem quod suo sibi merito aliquem devincire. *To deserve well of.*

Demereor, de aliquo bene mereor, concilio, placo, benevolum facio, beneficium præsto, exigit accusativum. *To deserve well, to bee worthie.*

Demergo, is, si, sum, ĕre. Liv. immergo, seu aqua obruo, καταδύω, καταλύζω. *To plunge or dippe in the water, to dive over the head in the water.*

Demergor, pass. Stat.

Demeritus, a, um. *Merited, deserved.*

Demersus, us. mascul. καταλυσμός. *A drowning or sinking,* Apul.

Demersus, a, um. καταποντιδείς. *Ducked, or divided over the head, plunged in.*

De-

† Demessus, a, um. *Reaped, gathered.*

† Demetātus, a, um. *Distinguished.*

Demētior, īris, itus, & mensus sum, iri, διαμετρέω. *To measure diligently.*

Demētītus, a, um. διαμετρητὸς. *Measured, described.*

Demeto, as, Liv. idem quod demetior.

Demĕto, is, ssui, ssum, ere. idem quod meto, καταμάω, ὀπωδερίζω. *To mow, reape or gather.*

† Demetria. *A kinde of Vervaine.*

† Demiellus, σκυφίον μικρὸν. Gl. in quo aliquid demitur è cratere.

† Demigratio, fœm. August. *A flitting.*

† Demigrator, m. Hier. *Hee that flitteth or removeth.*

Demĭgro, as, idem quod migro.

† Demingo, i. valdè vel deorsum mingere.

Demĭnuo, is, ui, ĕre. idem quod minuo.

Dēmĭnūtus, a, um. Var. (deminutus capite, Appel. qui civitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus est, & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestate venit, & cui aqua ignique interdictum est, Fest. ἐλαττωθεὶς. *Diminished, made lesse.*

† Demion. *A kinde of precious stone.*

Demirabundus, a, um. *Much marvelling.*

Demirandus, a, um. Aug. *Worthy to be admired.*

Demiratio, ōnis, fœm. gen. Cal. *A marvelling.*

Dēmĭrātor, ōris, m. *Hee that admireth.*

Demiror, āris, valdè miror, ἀποθαυμάζω, ὑπεράγαμαι. *To admire, to wonder at*; signif. aliquando nescire, quoniam admirationem i gnorantia facit.

Dēmissè, adv. comp. ius, issimè superl. Cels. ταπεινῶς, καθειμένως. *Basely, lowly.*

Dēmissio, ōnis, fœm. κάθεσις, ταπείνωσις. *Abasement, faintnesse, abating.*

† Dēmissitius, a, um. unde demissitiæ tunicæ dictæ longæ, & demissæ ad talos, & nulla zona succinctæ. *Low, long,* Plaut.

Dēmissus, a, um. adj. & ior, comp. καθειμένος, παραπεφθεὶς. *Sent, or cast downe, base, abated, long.*

Dēmĭtigo, as, & demitigor, idem quod mitigo, & mitigor.

Dēmitto, is, si, ssum, ĕre. καθίημι, καταβάλλω, deorsum mitto, deprimo, inclino: Demittere animum est humiliare, demittere mentes, i. desperare, robora demittere ferro. i. cædere arbores, per aurem demissa, i. e. audita, genus demissum ab Æ nea. i. deductum. *To send, put or lay downe or from, to debase, to abate his courage, to digge.*

† Demium, græc. δήμιον, gemma ex sardæ generibus, à pinguedine dicta, Plin. gr. enim δημὸν pingue dict.

Demiurgus, gr. Liv. δημιουργὸς, ex δήμιος, publicus, popularis, & ἔργον. *A chiefe magistrate in certaine cities of Greece; also an Artificer or workeman,* opifex publicus.

Dēmo, is, psi, ptum, ĕre. ex de minuendi voce, & emo, quod antiquis erat sumo, ut sit desumo, detraho, ἀφαιρέομαι, demsit, Gloss. ἔτεμε, τεμεῖ. *To take or put away, or out, to abate.*

Dēmocrătĭa, æ, f. g. δημοκρατία, ex δῆμος populus, & κρατέω, imperium teneo. *A kinde of government of a common-weale, wherein the people have the chiefe government without any superiour or Magistrate over them, saving onely such as themselves choose.*

Democraticus, a, um. Bud. δημοκρατικὸς. *He that favoureth such a Common-weale or government, pertaining to such a Common-weale, &c.*

† Demoi, δῆμοι, apud Atticos sunt ut apud nos pagi, Fest.

Dēmŏlior, iris. κατασφάομαι, καταπαίω. *To cast or pull downe, to debate,* Demolio, is. Varro, idem.

Dēmōlītio, ōnis, f. καταβολὴ. *A casting downe, an abating.*

Demolitus, a, um. *Cast downe.* Dig.

† Demollio, is, valdè vel deorsum mollire.

† Demolio, is: valdè vel multum molere.

Demonstrabilis, le. Tert. δεικτικὸς. *Easie to be shewed.*

Dēmonstrātio, ōnis. f. ἀποδεῖξις: demonstratio est argumentum firmissimum, per se rei dubiæ faciens fidem. Demonstratio Rhetoribus causæ genus, quod in laude vel vituperio versatur. *A demonstration.*

Demonstrātivē, adv. ἀποδεικτικῶς. *Demonstratively.*

Dēmonstrātivus, a, um. ἀποδεικτικὸς. *That which declareth any thing evidently.*

Dēmonstrātor, ōris, m. ἀποδεικτὴς. *He that sheweth, or declareth any thing evidently.*

† Demonstratorius, a, um. adject. *Belonging to shewing, or pointing out.*

Dēmonstrātus, a, um. adject. ἀποδεικτὸς. *Declared or shewed evidently.*

Dēmonstro, as. δεικνυμι, ἀποδείκνυω: monstro, indico, ostendo, declaro, interdum demonstrare est argumentis notissimis & irrefragabilibus ad rei alicujus cognitionem perducere. *To demonstrate, to shew openly or evidently, to point unto.*

† Demoratio, f. gen. Hieron. *A staying.*

Dēmŏrātus, a, um. *Made to stay.* Gel. 10. 8.

Dēmordeo, es, di, sum, ere. Plin. ἀποδάκνω. *To bite off.*

Dēmordĕor, pass. Stat. *To bee bitten.*

Dēmŏrĭor, īris vel eris Col. ἀποθνήσκω. Demoritur te, deperit, & ardet amore tui. *To die, to be ready to die for love,* Plaut.

Dēmŏror, āris. διαμέλλω, βραδύνω. accipitur aliq. active pro detineo, demorari pro expectare, pro manere *To stay, to detaine.*

Demorsico, as, Apul. *To bite or pare off.*

Dēmorsus, a, um. Plaut. *Bitten off, bitten.*

Dēmortŭus, a, um. idem quod mortuus.

† Demos, mi, δῆμος; v. Populus.

† Dēmōtus, a, um. *Removed, put backe or away.*

Dēmovĕo, es, movi, tum, ēre. ἀπωθίζω. *To remove, to put away, or aside.*

Demptus, a, um. ex demor. ἐξαιρημένος. *Taken or put out or away, pulled.*

† Demueo, as, id est, mucum auferre.

Dēmūgio, is Ovid. καταμυκάομαι. *To bellow much.*

Dēmūgītus, ūs, a, um. adjectivum. *That belloweth, or roareth much.* Ovid.

Demulceo, es, si. Ter. καταμειλίσσω καλέω. *To stroke gently, to mitigate.*

† Demultia, æ, fœm. collectio è multis, M. *A choice.*

Demulcimen, inis. n. Frag. Poet. *A gentle stroking.*

† Demulctus, a, um. *Mitigated.* Gel.

Dēmum, adverb. ex de & novum, antiq. dixerunt demus, ut hodie adhuc dicimus prorsus, & prorsum, videtur dictum à demo, id est, detraho, sign. postremò duntaxat quibus vocibus detrahitur aliquid. Græci etiam δὴ pro demum ponunt, apud Liv. sig. post. *At length, at last, finally, then onely.*

† Demungo. *To cleanse from.*

Demurmuratio, f. Aug. *A murmuring.*

Demurmuro, as, Ovid. ἀπομορμυρίζω. *To murmure, to mutter, to whisper.*

Demussatus, a, um, Ap. demussata contumelia pro dissimulata, & cum silentio indignationeque transmissa. *Swallowed downe, dissembled, not talked of.*

† Demusso, as, G. musso, ἀποσιωπάζω, ἀποσιωπῶ. *To doubt, to dissemble, to be silent*, M.

† Demutabilis, le, ad. Gloss. *Mutable.*

Demutātio, onis, f. idem quod mutatio, Pl.

† Demutator, oris, masc. *A changer.*

† Demuteo. *To be dumbe.*

Demutĭlo, as, Col. v. Mutilo.

Demūto, as, Plaut, idem quod muto.

† Denariæ, ceremoniæ dicebantur & tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat, Fest.

Denarius, ii, m. g. δραχμή, Var. lib. 1. LL. Plin. 33. cap. 4. denarii inquit, Var. dict. quia dena æris, 10. asses valebant, quinarii quod quinos, sestertius, qui semitertium, Vitruv. in donario denos esse æreos constituerunt, semper pro decem assibus in solutionem eedebat, quòd perpetuis bellis exhausto ærario placuit denarium 16. assibus permutari, vide Bud. Prisc. Sim. leg. & denarium in n. gen. Plaut. m zuæ. Denarius, ii, secunda communis, apud Romanos numus erat argenteus, quatuor valens sestertios, Plutarch. in Camil. asses decem denarium faciunt. Pendebat autem denarius argenti siliquas 24. siliquæ autem duo deviginti conficiebant drachmam. tres itaque denarii pendebant drachmas quatuor, octo autem drachmæ conficiunt unciam, uncia autem sex constat denariis. Budæus ostendit drachmam Atticam & denarium Romanum ejusdem fuisse ponderis & pretii. *A coyne which in old time was ten asses. we use it for a penny, a drachme, also the seventh part of a dramme: it is used for a dram, that is, the eighth part of an ounce, it is in value a groat, as a groat was in the old time the eighth part of an ounce.* Denarius *is also the sixth part of an ounce*, denarius argenteus, antiq. val. 7. d. ob. novus val. 8. d. ob. *The golden Denary, of old valued at two shillings foure pence halfe-penny, the new valued at fifteene.* Vide Budæum al. denarium, Calv.

Denarius, a, um, adjectivum. δεκαταῖος, α, ον, qui decem continet. *Of tenne, the tenth.* Quasi Decennarius.

Denarrabilis, le. *That may be declared*, Hier.

Denarratio, f. Hier. *A declaring.*

Denarrator, m. Aug. *He that declareth.*

Denarro, as, Gel. καταλέγω, διέξημι. *To tell in order.*

Denascor, eris, θνήσκω. *To cease to be, to die, to decrease.* Non. ex Cass. Hemin. Amal. 2.

Denāso, as, Plaut. nasum aufero, ῥινοκοπέω. *To cut off or take away the nose.*

Dēnăto, as, freq. à deno, as, καταννήχομαι. *To swim downe, to swim away.* Hor.

† Dendrachates, δενδραχάτης, Pl. l. 37. c. 10. gemma ex achatæ generibus, & Gr. δένδρον, arborem dicunt. *A kinde of gem.*

† Dendritis, δενδρατίς, item ex δένδρον, arbor. *A kinde of gem.* Plin. 17. c. 13.

† Dendroeissos, δενδρόκισσος, ἀπὸ τοῦ δένδρου, & κίσσου, id est, ex arbore & hedera, Plin. *A kinde of Ivie.*

† Dendroides, Gr. tithymalli septima species, δενδροειδής, quod speciem hab. arboris, Pl. 26. 8. *A kinde of spurge.*

† Dendromalache, Gr. ex δένδρον & μαλαχή, malache malva. *A kinde of great marsh mallow growing like a tree.*

† Dendrophori, Græc. Jun. δενδροφόροι. *Wood-carriers, wood-sellers.*

† Dendus. *A kinde of ship.*

Denĕgo, as, ἀπαρνέομαι, ἀπαίνομαι. *To deny, to refuse.*

Denervationes sunt nerveæ musculorum exeremitates in quas musculi desinunt, & tendones dicuntur, Stup.

Deni, æ, à δέκα, i. decem, Cæs. *Ten together.*

Denicules, feriæ dicebantur quibus hominis mortui causa familia purgabatur, Col. 2. 22. Græc. νέκυν mortuum dicunt. Fest. vel ex nex denecales.

Denigratio, f. Aug. μελάνωσις. *A making blacke.*

Denigrator, oris, m. Ter. *He that maketh a thing blacke.*

Denigratura, æ, f. idem quod denigratio.

Denigresco, is, ὑπομελαίνω. *To begin to be blacke.*

Denĭgro, as, Plin. ἀπομελαίνω. *To make blacke.*

Dēnĭque, adv. ex de & novo & que, Perot. Mart. quasi demique, nisi malis, quasi deinque, denique autem subjungimus quum multa sunt enumerata. signif. hoc ultimum esse omnium, ponitur & pro tandem, denique Gloss. τοιγαροῦν, τὸ λοιπὸν, M. ponitur & pro omnino, & pro tum demum. *Lastly, to conclude.*

† Deno, as, i. deorsum nato, vel secundo fluvio nato.

† Denobilito, as, i. valdè nobilitare, vel dehonestare.

† Denodo, as, *To tie from, to unbinde.*

Denominatio, onis, f. g. παρωνυμία. *A denomination or naming.*

Denominatissimus, a, um, adject. Augustin. *Very famous or very well knowne.*

Denominative, vide denominativus.

Denominativum, vi, n. g. παρώνυμον. *That is derived or commeth of a Noune.* idem etiam Log. quod concretum.

Denominativus, a, um, denominativa dicuntur quæcunque ab aliquo solo casu, hoc est, solo fine sunt differentia, & secundum illud nomen habent appellationem, cujusmodi sunt adjectiva à substantivis deducta, ut a studio studiosus, &c. in denominatione autem 3 requiruntur, scilicet denominans, denominatum, & denominativum. denominans est forma accidentalis quæ importatur per nomen abstractum, & dicitur denominans quasi de se aliud nominans, quia de se dat concreto ut prædicetur, & denominat subjectum, denominatum est res ipsa, sive subjectum cui accidens inhæret, sed denominativum est accidens quod prædicatur denominativè de suo subjecto, ut album vel nigrum.

Denominator, ōris, m. Boet. *He that nameth.*

Denominatrix, f. g. Boet. *Shee that nameth.*

Denominatus, a, um, Qu. *Named.*

Denomino, as, Hor. ἐπονομάζω. *To denominate, to name.*

Denormatio, f. Aug. *A setting out of frame, rule or order.*

Denormatus, a, um, Firm. *Set out of order.*

Denormitas, v. Enormitas.

Denormo, as, ex de & Norma, Hor. ἀμπρόω. *To put out of rule or order.*

Denotatio, f. g. Boet. *A noting, marking.*

† Denotator, m. Hier. *He that noteth.*

Denotatus, a, um. *Marked, pointed out.*

Dēnŏto, as, σημεῖόμαι, denotare, probro infamare. *To marke, to defame.*

Dēnŏtor, pass. *To be &c.*

Dens, tis, masc. gen (quasi edens ab edendo, ut ὀδούς ab ἔδω, ὀδόντες dentes, dens ex τῷ shin ὀδούς, οντος, accipitur quandoque pro clavi, sed & omne quo aliquid teneri vel dissecari potest, ut dens appellari. Dentes primores, incisores, tomici. *The fore teeth.* Dentes canini. *The sharpe teeth betwixt the fore teeth and the great teeth.* Dentes molares vel maxillares. *The grinders, the cheeke teeth.* Genuini, σοφρονιστῆρες, noviſſime nascuntur

cuntur homini. *The teeth that are next the cheekes and come last, and are at the endes of the gums, a tooth, any thing like or that doth like a tooth, as a combe, a key.*

Densantia medicamenta quæ poros contrahunt.

Densātio, ōnis, f. Plin. πύκνωσις. *A waxing or making thicke.*

Densātor, oris, m. Stat. *That maketh thicke, or close.*

Densātus, a, um, adj. Virg. *Made thicke.*

Densè, adv. Plin. & densius comparat. Ovid. πυκνῶς. *Thicke, close together.*

Denseo, as, Virg. πυκνέομαι, coire, coagulari, legitur etiam in activa significatione pro densare. *To waxe thicke, to congeale.*

† Densarier pro densari, Luc.

† Densetus, a, um, id est, per se densus.

† Densifico, as. *To make a thing thicke.*

Densitas, ātis, f. Plin. πυκνότης, παχύτης. *Thickenesse.*

Denso, as, Virg. πυκνόω. παχύνω, σωματοποιῶ. *To thicken, to make thick or close.*

Densor, aris, pass. Hor.

Densus, a, um, ior, issimus, comp. & superl. δασύς, πύκνος, παχύς, ὀλοχυρός, Var. à dentibus, declinis, rectius à δασύς, inde δασύνω densio. *Thicke, firme, compact, plenteous.*

Dentāle, is, n. pars aratri dentata, à figura vocatur & dens, quod eo mordetur vel moleretur terra, V. Varr. ll. 4. ὀδοντωμένον ξύλης τι πως. Gl. *The wood whereon the share or coulter of the plough is put, also a coulter or share, a racke or harrow.*

† Dentaria, æ, fœm. Vide dentarpaga.

Dentarpaga, æ, fœm. g. ex dens & ἄγρα, ἄγω, Var. *An instrument to draw out teeth.*

† Dentatim, adverb. ὀδοντωμένως. *Tooth by tooth, like a row of teeth.* Calep.

Dentātus, a, um. ὀδοντώδης. *That hath great or many teeth, shaped, taunting,* dentati, id est, dentibus nati.

Dentex, icis, m. g. dict. quod dentibus noxius est, Plin. 10. 6. 9. συνιδὲ παρὰ τὸ βλάπτειν τοῖς ὀδοῦσιν. *A kinde of fish.* φάγρος.

† Denticulatim, adv. ad similitudinem dentium. *Like to teeth.*

Denticulātus, a, um, Plin. ὀδοντοειδής. *That hath teeth, that hath many teeth.*

Denticulo, as. *To thrust in his teeth.*

† Denticulum aciarium, κομωμάτιον. *That which is sharpened, also a kinde of needle case.*

Denticulus, li, m. Vitruv. *A little tooth, a part of a piller or like thing cut like a tooth.*

† Dentiducum, ci, n. dict. quod dentes ducit, v. dentar paga.

† Dentiens, tis, adject. *Breeding teeth.*

† Dentifrangibula, pro pugnis qui dentes frangunt.

Dentifrangibulus, a, um, Plaut. *That breaketh teeth.*

Dentifrangibulum, li, n. & dentifrangibulus, li m. Cal. ὀδοντόκλασις. *An instrument to breake teeth with, also a base fellow.*

Dentifricium, ii, n. quod dentes fricat.) Plin. ὀδοντότριμμα. *Powder or any thing to rub the teeth with.*

† Dentilegus, a, um. *One that may gather up his teeth when they are striken forth.*

Dentiloquus, a, um, Plaut. per dentes loquens, obesè loquens propter absentiam dentium. *One that speaketh through the teeth, one that lispeth,* Liv.

Dentio, is, dentes accipio, gigno, Plin. 30. 3 *To breed teeth.*

Dentiscalpium, ii, n. g. Mart. ὀδοντογλυφίς. *An instrument to picke or scrape the teeth.*

Dentītio, ōnis, f. Verbal. ex dentio, ὀδοντίασις. *A breeding of teeth, ake in breeding.*

Dento, ōnis, m. Juv. *He that hath great teeth.*

† Dentosus, a, um. *Having many or great teeth.*

† Dentrix, v. dentex.

† Denubilis, le, Apoll. *Marriageable.*

† Denubilo, as, valde nubilare, vel nubila auferre.

Dēnūbo, is, psi, ptum, ĕre, Suet. γαμέω, per translat. etiam vites nubere dicuntur infirmioresque plantæ, quum arboribus firmioribus associantur. *To be married or wedded to some man.*

Denudatio, onis, f. Boet. *A making bare.*

Denudator, ōris, m. Boet. *He that maketh bare.*

Dēnūdo, as, ἀπογυμνόω, spolio, nudum reddo. *To make bare.*

Denumeratio, f. g. Codex. *A present laying downe of mony.*

Denumerator, ōris, m. g. *He that layeth downe ready mony.* Cod.

Denumero, as. *To pay ready money,* Plaut.

Denunciatio, ōnis, fœm. gen. verbal. παραγγελία. *A foreshewing or foretelling, &c.*

Denunciator, ōris, m. *He that denounceth or foretelleth evill to come,* Aug.

Denuncio, as, παραγγέλλω, ἀπαγορεύω, futurum aliquid nuncio, prænuntio, prædico. Aliquando pro indico, jubeo, impono. Aliquando pro palam dico, significo, ostendo, item minor. *To denounce, to give warning, to signifie, to proclaime, to threaten, to summon.*

† Denundinat, omnibus notum facit, Acer. ex Isid.

† Deonusto, i. deonero.

Denuo, i. de novo, ad. de integro, ἐξ ὑπαρχῆς. *Againe, after, ofte times.*

Deoccātio, ōnis, f. g. Col. *A harrowing.*

Deoccātus, a, um, adj. Gloss. *Harrowed.*

Deocco, as, Plin. βωλοτρέω. *To harrow or roule land.*

† Deodandum. *That which is the instrument of killing a man by chance, and is forfeited.*

Deoneratio, f. g. Firm. *A disburdening.*

Deonĕro, as, idem quod Exonero, V.

† Deorcales, Gloss. *A kinde of beast.*

† Deordior, valdè ordiri.

Deoro, as, Fest. idem quod oro, pro peroro aliq.

Deorsum, κάτω, ex de & versus, adv. Ma. à de, orsum est adjectio usitata ut in horsum, sinistrorsum, aut orsum est ab ore, id est, termino, sursum deorsum, pro ultro citroque. *Downeward, downe.*

† Deorsus, v. deorsum.

Deosculatio, fœmin. gener. *A kissing.*

Deosculor, aris, Mart. καταφιλέω, φιλέω. *To kisse sweetly.*

Depăciscor, vel depeciscor, ĕris, actus, sum, ci, συντίθεμαι. *To make a covenant or bargaine, to agree upon covenant, to promise, to yeeld unto.*

Depactus vel depectus, a, um, part. à depaciscor, vel depeciscor, συντεθειμένος. *That hath covenanted.*

† Depago, defecto, vel transigo, Acer, ex Gloss. Isid.

Depalmo, as, Gel. palma percutere, καταφίλω. *To beat or strike with the palme of the hand.*

† Depalo, as, Gloss. palam facere, Acerd.

† Depampino, as, pampinos avellere.

† Hatubus, a, um, adj. μογιλαλος, est pro atubus, v. atybus, M. *A faulterer in his speech.*

Hau, Ter. φαῦ. *An interjection of a troubled minde.*

Haud & haut, adv. negandi ab ἐκ, Bec. ab aut. *Not, no, in no wise,* Scal. ἀυτε, M. ab ἐδε, inde Apostrophe ἐδ'.

Haud parvum, ἐκ ὀλίγον. *Not a little.*

Haudquaquam, adverd. ἀμη. *In no case.*

† Have pro salve, v. ave.

† Haveto pro valeto, Sal. in Cat.

† Havitus pro habitus, Calv.

† Haureax, masc. Gl. *A wheele or truckle.*

Haurĭo, is, si, stum. (& rvi, Var. & stum, Apul. ire ex Gr. ἀρύομαι, ἀρύω, Sipont. ex aura quæ humorem omnem extrahit) ἀρύομαι, ἀντλάω, humorem ex imo excipio & extraho. Non. exponit exhaurire, implere, avarè sumere, defatigare, confodere, accipere, audire, tenere, vocem his auribus hausi, item conficere, absolvere, item exequi, implere, haustum & aliq. hauritum in supin. *To draw, empty, to take, sucke out, to enasure or suffer, to drinke, eate, swallow up, to heare, to learne, to conceive, to wound, to end, to consume.*

† Hauritōrium, n. g. ἄντλημα. vide haustrum, M.

Hauritorius, a, um, ad. *Easie to be drawne.*

Haustĭbĭlis, le. *That may be drawne.*

† Hausorium, v. haustorium.

† Haustellum, li, neut. dim. *A little draught.*

† Haustĭcŭlus, & haustillus, dim. ex haustus.

† Hausto, as, freq. ab haurio. *To draw often.*

Haustor, oris, m. verb. Lucan. *He that draweth.*

† Haustra, æ, f. *A wheele to draw up water.*

Haustrum, tri, n. g. Lucret. ex hauriendo, ἄντλιον, ἄντλημα, Non. haustra proprie dicuntur rotarum cadi, ab hauriendo, sunt Græce ἀντλία. *A bucket, a scoope, a cup.*

† Haustulus, masc. Isid. *A little taste.*

Haustum, subst. *A draught.*

Haustus, a, um, p. *Drawne, drunke up, consumed, deeply conceived.*

Haustus, us, m. verb. ἄντλησις. *A draught, a drawing of water.*

Hautquàquam, V. haudquaquam.

H *ante* E

H E. in notis antiquorum, hic fundavit. vel honesta fœmina, vel fortuna, vel fundat.

† Heāna, æ, f. g. *A foundation, also a ballasting of a ship* T.

† Heautontimoreumenos, Gr. ἑαυτοντιμωρούμενος, seipsum excruciantem possumus interpretari. *The name of a comedy in* Terence, *signifying one vexing himselfe.*

† Hebdoas, dias, f. *The space of seven daies.*

Hebdomada, æ, f. vel hebdomas, ădis, fœm. ἑβδομάς, dicitur numerus septenarius, septem dierum intervallum. *The number of seven sometimes put for septimana. A weeke or seven yeares, seven moneths or ages,* Isid.

† Hebdomadarius, ii, masc. est coquus monasterii, quoniam hanc operam quisque per hebdomadam præstabat, M. *A Cooke or cater serving his weeke.*

† Hebdomarius, a, um. adject. vel hebdomadarius. *Pertaining unto a weeke.*

† Hebdomarius, ii, masc. gen. *He that by course kept the Kings chamber his weeke.*

† Hebdomecontopente, id est, septuaginta quinque, Cal.

Hebenāceus, a, um, adject. Apul. *Of Ebene wood.* & Ebenus, a, um, adject.

Hĕbĕnus, ui, f. vel hĕbĕnum, ni, n. ἔβενος, חבנים hebenim, ex חבן heben. *The Ebene tree.* v. Ebenus, *Ebene,* Xylaloes officinarum.

Hĕbĕnus, a, um, Apul. Gr. ἔβενος. *Of Ebene tree.*

Hĕbĕo, es, ēre, Liv. ἀμβλύομαι. *To be dull or nothing quicke, to be stupid.*

Hĕbes, ētis, c. g. & hebetior, Bec. Fest. hebes, retusi aciminis, Non. hebes positum pro obscuro aut obtuso, Scal. exercit. 144. 3. Stolones sunt arborum pullulationes ab radice. Ab his dicti stolidi, primorem enim & hominis & plantarum ætatem nondum scitam veteres judicabant; ab ætate enim nondum composita dixerunt אבן. אבן est pubes, M. ex נבע gnabah, pensum crassum, ἀμβλύς. *Blockish, dull, slow, blunt, heavy, dim.*

Hĕbesco, is, ĕre, ἀμβλύνω. *To wax dull or blunt, to decay.*

Hĕbĕtātio, ōnis, f. Plin. ἀμβλυσις. *A dulling or weakning.*

Hĕbĕtātor, m. Apul. *He that dulleth or assweageth.*

Hebetātrix, f. Plin. *She that maketh slow or blunt.*

Hebetatus, a, um, part. Suet. *Made dull.*

Hĕbĕtesco, is, ere, Plin. ἀμβλύνομαι. *To wax dull.*

Hebeto, as, Liv. ἀμβλύνω. *To make dull, to weaken, to hurt, to quaile, to make darke.*

Hĕbĕtudo, ĭnis, fœm. Macrob. ἀμβλυωπία. *Dulnesse, bluntnesse,* hebetudo & offuscatio visus & summa offensio visus.

† Hebetus, a, um, Gloss. *Dull, blockish.*

† Hebulus, li, masc. Gloss. rectius sine aspir. χαμαιάκτη, humilis sambucus. *Wallwort.*

† Hecales

† Hecales cœna, ἑκάλης δεῖπνον, Jun. ab Hecale anu paupercula, Ovid. *A poore or beggerly supper.*

Hecate, Diana, ἑκάτη quia ἑκατὸν, id est, centum habeat potestates, vide propr.

Hecatæum, ἑκαταῖον, spectrum terrificum quod ab Hecate immitti crederetur.

† Hecateis, subst. Græc. *The hearbe Monkes-hood or Wolfes-bane.* Jun.

Hĕcătombe, es, f. Jun. ἑκατόμβη, à victimarum sacrificio quæ numero erat centum, nam ἑκατὸν centum & βοῦς bos, à Laconibus primum institutum hoc sacrific. qui cum olim 100 præessent urbibus, centenos, quotannis boves pro centum civitatibus immolabant. *A sacrifice wherein were killed an hundred beasts.*

† Hĕcătompĕdon, Græc. Plutarch. ἑκατομπεδὸν. *A temple dedicated to Minerua among the Athenians, lying open on every side an hundred feet.*

† Hecatomphŏnia, Pl. Græc. ἑκατομφονία, à 100 hostium cæde, ab ἑκατὸν, & φόνος cædes. *A kinde of sacrifice taking the beginning from the slaughter of an hundred enemies.*

† Hĕcătompŏlis, Græc. ἑκατόμπολις. *A country having a hundred townes in it.*

† Hecatompus, ŏdis, Græc. Plin. ἑκατόμπους, dict. à numero centum pedum. *A fish having an hundred feet.*

† Hecatompylos, Græc. ἑκατόμπυλος, oppidum centum portarum, Cal.

† Hecaton, Græc. ἑκατὸν. *An hundred.*

† Hecatonchirus, Græc. ἑκατόγχειρος. *One having an hundred hands.*

† Hecatonstylon, Græc. ab ἑκατὸν centum, & στύλος columna. *A place supported by an hundred pillars,* Pom. Ma.

† Hecatontarchus, ἑκατοντάρχος. *A centurion or captaine of an hundred men.*

† Hecta, æ, fœm. gen. vel hetta Jun. qu. hieta, ab hio, qu. hiatus & oscitatio. *A little puffe rising in bread baked, a trifle.*

Hectĭcē, es, fœm. ἑκτική, ἀπὸ τῆς ἕξεως, i. ab habitu, sivè hectica febris ἑκτικὸς πύρετος, dict. quod habitum acquisierit, vel quod in habitu corporis quem ἕξιν appell. consistat. *An hellicke fever.*

Hecticus pulsus ex hectica febre ortus, V. St. eundem vide de hectico spiritu seu insito.

Hectĭcus, a, um, ἑκτικὸς, febri hectica laborans. *Sicke of an hectique fever.*

† Hĕcyra, æ, f. Ter. *A mother in law,* ἑκυρὰ socrus.

Hĕdĕra, æ, f. Ovid (hedera dicta quod hæreat, sive quod edita petat, vel quia id cui adhæserit, edat, vel quod arboribus reptando adhæret, Isid. ex aliorum sententia hederam dictam ait, quod hœdis supra lactis abundantiam in esca à veteribus præbeatur, κισσὸς vel κιττὸς. *The Ivy tree.*

Hĕdĕrāceus, a, um, Plin. κίσσινος. *Of or belonging to Ivy.*

Hedereus, a, um, adject. frag. Poet. idem.

Hĕdĕrĭfer, a, um, adj. κισσοφόρος. *That beareth Ivy.*

Hedĕrĭger, Cat. idem.

† Hedengera, æ, f. illa quæ hederam portat.

Hederīnus, a, um, adj. κίττινος. *Of, or belonging to Ivy.*

Hĕdĕrōsus, a, um, κισσώδης. *Full of Ivy,* Prop.

† Hedra, æ, fœm. gen. Græc. ἕδρα. *A sent.* Hedra sedes, anus, podex, Græc. δακτύλιος & πρωκτὸς, est meatus ventris inferior continendis & è corpore egerendis excrementis destinatus.

† Hedrinus, v. hederus.

† Hedychrum, neut. ἡδύχρων, dict. à suavitate ab ἡδὺς & χρόα. *A perfume or sweet oyle.*

† Hedyosmus, m. & hedyosmum, n. gr. ἡδυσμος, παρὰ τὴν ἡδεῖαν ὀσμὴν, à jucunditate odoris. *The hearbe mint.* Plin. 19. 8.

† Hedypnŏis, intubus sylvestris, ab ἡδὺ πνέων, quod suaviter spiret, Plin. 20, 8. *Cicory, succory.*

† Hedysmata, Plin. ἡδύσματα dulcia condimenta. Gal *Sweet oyles.*

† Hegemonicæ, i. principes animæ virtutes, & sunt intellectuales.

† Hegĕtēria, ἡγητηρία, Cæl. 18. 9. *The fruit of the sacred fig tree which first gave fruit to man.*

† Hegira dicitur Epocha Mahumedis, fuga Mahumedis ex Urbe Mecha, ab hac fuga annos annumerant, V. M. ex Scal. ut enim æra Christianorum à Diocletiani persecutione dicta est æra Martyrii, ita æra Mahumedis dicta est hegira.

† Hegumenus, præfectus monasteriorum, Ac.

He, heu, οἰοῖ, ἀΐ, ἀΐ. interject. dolentis, Plaut. *A voice of sorrowing.*

Hei, interject. ingemiscentis, οἴ nomen Heb. à voce gementis, הי hah. *Alas.*

† Hejulo, as, pro ejulo, Gloss.

† Helacathenes, Plin. *Sea fishes.*

† Helciārius, m. Bud. ex ἕλκω traho. *He that drawes a ship or barge along the river by a rope, also a porter.*

† Helcȳum, neut gen Græc. ἕλκιον, Apul. à trahendo dict. *An horse coller, wherewith he draweth in a cart,* ἕλκω traho.

† Helcydria, id est, pustulæ ulcerosæ in capite genitæ.

† Helcysma, tis, n. ἕλκυσμα, scoria in argento, quod extrahatur igne, Plin. 33. 6. *The drosse and scum of any mettall.*

† Helea, ἑλέα avicula quædam canora palude degens, quam Græ. ἕλος vocant.

† Helebria, æ. Parac. *A kinde of blacke hellebore.*

Helenium, n. Plin. ἕλενιον, herba, quæ ex Helenæ lachrymis fingitur nata in Helena insula, *Helecampane.*

† Hĕlena. *A fiery meteor.*

† Helepolis, ἑλέπολις παρὰ τὸ ἑλεῖν τὰς πόλεις, ab expugnandis urbibus, Vide. *An Engine to besiege a Citie.*

Helĭăcus, a, um, ἡλιακὸς, solaris. *Belonging to the sunne.*

† Heliæa, Græc. ἡλιαία, ab ἥλιος sol, Athenis forum in quo judicia in Aprico & sub sole exercebantur. *The greatest judgement amongst the Athenians, and the Judges were called* Heliastæ, v. Calv. ex Pol.

† Helianthemum Cord. ἡλιάνθεμον. *Hedge hysop or wilde tyme,* rectius *dwarfe,* Cistus, flos solis.

† Heliastæ, ἡλιασταὶ, Judices dicebantur apud Athen. παρὰ τὸ ὑπαίθριον εἶναι καὶ τὸ ἡλίῳ βάλλεσθαι, ab eo quod sub dio essent, & solis radiis urebantur.

† Helĭcē, es, fœmin. gener. ἑλικὴ, ἀπὸ τῆς ἕλικος, id est, à circumvolutione vel à tractione. *Charles waine the seven starres so called,* in ursa Major.

† Hĕlictēres & hĕlĭcæ, Gr. ἑλικτῆρες, Jul. Pol. sic dict. à claviculis aurium quas helicas vocant. *Rings and strings that men use to hang at their eares.*

† Hĕliŏcămĭnus, ni, m. Gr. Digest. quasi ἥλιος κάμινος, id est, solis caminus. *A soller set in a sunny place to receive the hotnesse of the Sunne.*

† Hĕlyŏchrysus, vel heliochrysum, & heliochryses, Gr. ἡλιόχρυσος, ab ἥλιος sol & χρυσὸς aurum, herba est ramulis candidis, foliis subalbidis, corymbos habens nunquam marcescentes, in orbem dependentes, qui ad solis repercussum aurei apparent, unde nomen. *The hearbe Marigold,* Aurelia, *golden mothwort, or golden cudweed.*

† Helion. *A kinde of hearbe.*

† Hĕliosc ŏpĭum, Gr. Pl. ἡλιοσκόπιον, παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, ab aspiciendo sole. *A kinde of Spurge, a little tree like a figtree.*

† Heliopus, Græc. ἡλίοπος, vide heliotropium, dict. quod solem aspiciat.

† Helioselinon apii genus sativo majus, in paludibus locisque humidis sponte proveniens, unde & nomen, ἕλος paludem sig. *An hearbe growing*

growing in watery grounds like smallage, and hath but one leafe, Paludapium.

† Heliosis, Lat insolatio, est corporis in sole apricatio, Vide Stupan.

† Heliotrophon, græc. Pl. idem quod heliotropium majus dict. ab eo quod cum sole convertatur, ἡλιότροπον.

† Heliotropia, æ, & heliotropius, ii. *A bright gemme.*

Heliotropium pro gemma dict. Plin. 37. 10 quod in vas aquæ dejecta radios solares accedentes in sanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam speculi modo solis imaginem reddit, ejusque eclipsin prodit lunam subeuntem ostendens.

Heliotropium, ii. n. ἡλιότροπον, ab ἥλιος sol & τρέπω verto, quod se cum sole circumagat. *The hearbe turnesole, waterwort, also a precious stone*, Solin.

† Helitis, gr. ἡλῖτις, squama æris, decussa ex clavis, ex Cyprio ære confectis, Cal. ex Dios.

† Helix, ĭcis, f. Pl. ἕλιξ, an ἑλίσσω involvo dict. quod tenuibus sarmentis veluti claviculis quibusdam arboribus fruticibusque circumvolvatur. *A kinde of ivie bearing no berries, barren or creeping ivie.*

† Hellanodices, gr. ἑλλανοδίκης. Bud. judex certaminum. *The judge in games or activities.*

Helleborastrum, ri. *The root of the hearbe ache eye*, Vide Dodon. veratrum nigrum. *Wilde blacke hellebore.*

† Helleborine, es, f. g. *Ellebore or wise wort*, v. Dodon.

Helleborum, neut. gener. & helleborus, i. masc. gener. ἑλλίβορος παρὰ τὸ βορᾶ ἕλειν, quod esu perimat, Pl. *A kinde of hearbe called hellebore.*

Helleborosus, a, um, Plaut. ἑλλεβοριῶν, *He that hath taken too great a quantitie of* helleborus. *One that is beside his wits.*

Hellen, Vide in propriis nominis.

† Hellenismus, ἑλληνισμός, i. græcismus.

† Hellenista, ἑλληνιστής Græca Lingua utens, Vide Martin. *One that useth the Greeke tongue.*

† Helles. *A title of Aries.*

† Hellespontius, Pl. *A northeast winde.*

Hellespontus, ti. *Hellespont, a sea.*

† Helleta, fœm. Gloss. *The name of a starre.*

† Helmingobŏtănum herbæ genus, ἑλμὶς lumbricus, βοτάνη herba.

Helops, is, ἕλοψ, Pl. 32. ult. *A kind of fish.*

† Helosacte, v. Ebulus.

† Helorius, Græc. ἑλώριος, dict. à longitudine nasi aut rostri, Vide Cal. *A bird that hath a long and crooked bill.*

† Helos, Græc. ἦλος, vitium est oleæ peculiare, Vide Cal. & est quasi quædam solis inustio, quam Latini clavum, alii furgum, alii patellam voc.

† Helos sive clavus est callosum tuberculum, album, rotundum, capiti clavorum simile, helodes febris, cum à prima statim die ægrotantes sudant

† Helosis est curva palpebræ reflexaq; eversio, Stup.

† Heluabundus, a, um. Gloss. *One that is very luxurious.*

Heluacea, Fest dict. à colore bovum, qui est heluus, id est, inter rufum & album. *A kinde of Lydian attire*, helvus.

Heluatio, onis f. verb. λαιμαργία, ἀσωτία *Devouring.*

Heluator, m. Tert. πολυφάγος. *A glutton.*

Heluatus, a, um. p. Ovid. *Which hath (wallowed up all.*

† Helvĕus, V. Elucus, languidus, semisomnus, vel allucinator & nugarum amator, sive halo, i. hesterno vino languens, quem ἔωλον vocant gr. item helubus ab hiatu & oscitatione dict. Scal. ἀπὸ τῆς ἐωλακρασίας gravitatem capitis vino creatam interpretatur.

Helvellæ, ārum, vel helvela vel helvella, f. λαχανάρια holera minuta, quoniam helus & heluſa veteres diceb. pro holus & holera, Fest. ab helus, i. e. olus, al. leg, elvella, al. helvola & helvella. *Small Worts.*

Helvēnus, a, um, adj. Var. *Flesh colour.*

Helveus ab hiatu & oscitatione dict. Fest.

Heluo, ōnis, m. Bec ex Meurs. ab holere deducit, quod oleribus olim ægrotos curarent, & quia ægroti nauseabundi, & delicati, postea translata ea vox est ad homines delicatos. sed audiamus Grammaticum doctiss. Fest. Heluo dictus est immoderatè bona sua consumens, ab eluendo quod aspiratur, ut aviditas magis exprobretur, fit. n. vox incitatior, λαφύσσω, ἄσωτος, τρυφητής *A glutton, a devourer, a destroyer.* heluo librorum, *an unsatiable reader.* Cicero helluor, āris.

Helvŭlus, a, um. Var. nonnihil heluus. *A pale colour betweene red and white.*

Hĕluor, heluāris, luxuriari, luxuriæ & gulæ operam dare (cur aspiretur, vid. Gell. 2. 3. λαφυσσεῖν, ἀσωτεύεσθαι, Cicero pro Sexto & pro domo sua. *To devoure and consume in rioting, to ravine.*

† Helus vel heluſta, Fest. pro holus & holera. Helus & heluſa antiqui dicebant quod nunc holus & holera, Fest. Scal. leg. helus & heleſa. alpiratio veteribus crebra erat, et e pro o. et S. pro R.

Helvus, a, um, Var. qu. albidus, vel qui fulvus, est n. color inter album et fulvum, Isid. leg. elbus et elbidus, ab albo.

† Helxine, nes, f. g. Gr. ἑλξίνη ab ἕλκω traho, quod vestibus adhæreat *Fellitorie of the wall.*

Hem. adv. monstrantis cum ira et perturbatione, φεῦ. *A voice blaming, marvelling, or shewing, &c. oh what? alas for pitie.* Aliquando interjectio est corripientis, ferientis, irascentis.

† Hemanthinum, ni, n. gen. Avic. *A kinde of glasse of a sanguine or bloody colour.*

† Hemera ἡμέρα, dies.

† Hemerēsios Gr. ἡμέρησιος. diurnus, Plin. ex ἡμέρα dies. *That dureth one day, also a table that Apelles made.*

† Hemeridion, Plin. *That dureth one day.*

† Hemeris, gr. Plin 16. 6. ἡμερίς, Theod. Græci vocabuli vim exprimens placidam vertit, humilis quercus *The dwarfe oake.*

† Hemero, m. Gl. *A snatching and greedy fellow.*

† Hemerobaptista. *Such as would be baptised every day.* Ac.

† Hemerōbius, gr. Pl. ἡμερόβιος ἡμέρα, dies, βίος vita dict. quod ultra diem non vivit. *A worme that liveth but one day, one dayes sustenance*

† Hemerōbius, a, um *That liveth but a day, that provideth but for the present.*

† Hemerocœtus, ἡμερόκοιτος, fur nocturnus.

Hemerŏcallis, gr. ἡμεροκαλλὶς, à floris fugacitate, quod uno tantum die pulchritudinem suam tuetur, Dios. *The wilde lilly, day lilly.*

Hemerodrŏmus, m. gr. ἡμεροδρόμος, Liv. cursor, dict. quod uno die ingens spatium cursus emetiatur. *A swift post.*

† Hemerologium, ii, n ἡμερολόγιον *A kalender or register, declaring what is done every day.*

† Hemesus, a, um, adject, Gl. *Hated or odious.*

† Hemi, ἡμίσυ, in comp. tantum usitatum. *Halfe.*

† Hemicādium, ii, n. *A halfe hogshead.*

Hemicrania, gr. Jun. ἡμικρανίον, ex κρανίον cranium et ἡμισυ dimidium, dicitur et heterocrania, Gal. *A sickneſſe called the* Migram.

† He-

† Hēmĭcrānicus, a, um. *Subject to the Migram.*

† Hemicraneus, id est, vermis capitis.

Hēmĭcrānium. *The halfe of the head or scull.*

† Hēmĭcyclium, ii, n. g. Scalig. lib. 1. Poet. c. 21. Orchestræ partes erant tres, planities, pulpitum, & hemicyclium, ἡμικύκλιον. *A vardingale.*

Hēmĭcyclus, m. Græc. ἡμικυκλ-ος, semicirculus, κυκλ-ος circulus, cathedra semirotunda. *An halfe circle, a chaire.*

Hēmĭcyclum, cli, n. ἡμικυκλον, sedes seu cathedra rotunda *A round chaire.*

† Hemichorium, & hemichoreum, Græc. *Halfe a dance.*

† Hemidōlium, ii. *Halfe an hogshead, also a part in a comedy.* Scal.

Hēmĭna, κοτύλη, Plaut. ex ἥμισυ, dimidium, n. continet sextarii. *A kinde of measure, three parts of a pinte.*

Hēmĭnarius, a, um. Quint. *Pertaining to that measure.*

† Hemimeris, μερὶς pars, semipes in versu, ἡμιμερὶς, ex ἥμι, id est, ἥμισυ, dimidium, & μερὶς pars, hic pro pede qui pars est versus. Hemimeris à loco speciales appellationes sortitur: ita, si post duos pedes, id est, quatuor semipedes dictio secetur, erit quintus semipes, vide M. & Mycill.

† Hēmiōlion, ἡμιόλιον, navigii genus, vide Cal.

Hemiōlius, a, um. Græc. Gel. & hemiolicus, ἡμιόλι-ος, totus cum dimidio, sesquialter, ab ἥμι & ὅλ-ος integ. continens totum & ejus dimidium. *An Arithmeticall Proportion which is so much and halfe so much againe.* Ut se habent tres ad duo, & quindecim ad decem, Calep.

† Hemionium, n. g. Græc. sive hemionitis. *The hearbe Harts tongue.* & colopendria, vide Cal.

Hēmionītis, Dod. *Splenewort.*

† Hēmĭphōrium. *A kinde of garment.*

† Hēmiplexia, f. Gr. ἡμιπληξία, i. hemiapoplexia. *The Palsie in the halfe of the body.* vide Paraphlegia.

Hemisphærium, neut. g. ἡμισφαίριον, Lat. dimidia sphæra, Var. *Halfe the compasse of the visible heavens.*

† Hemiopus, Gr. ἡμιοπ-ος, ab ἥμι & ὀπὴ foramen. *A kinde of pipe.*

Hemistichium, n. Gr. ἡμιστίχιον, qu. ἥμισυ στίχ. *An halfe verse.*

† Hemitarichon. *A kinde of salt fish,* Coop.

† Hemitogium, dimidium togæ. *An halfe gowne.*

† Hemitonium, dimidius tonus.

† Hemitritæos, ἡμιτριταί-ος, vel hemitritæus, Græc. Mart. semitertiana febris, sic dict. quod parte aliqua tertianam repræsentat. *A semitertian Fever.*

† Hemixestes, Græc. Bud. *A demisextier.*

† Hemona humana, & hemonem hominem dicebant, Fest.

Hendecasyllabus, a, um. Græc. ἑνδεκασύλλαβ-ος versus, ἕνδεκα undecim syllab. *A verse of eleven syllables.*

† Hendiadis, ἑνδιαδὶς, vel ἑνδιαδύω, M. figura est qua unum in duo dividitur, meminit hujus figuræ, Ser. apud Virg. Æn. 1. Pateris libamus & auro, i. aureis pateris, ubi al. leg. ἐν διὰ δυεῖν, hoc est, unum per duo.

† Henoticum edictum, de unione ecclesiarum, ἕν unum, ἑνόω unio.

† Henŭla, æ, f. g. *A little Chappell,* Coop.

Heo, ἠώ, interjectio vocantis.

Hepar, ătis, neut. gen. ἧπαρ, Pla. duci potest ab ἕπειν ἔαρ, i. operam, sanguinem כבד caber, M. jecur. *The Liver; also a Fish,* Plin.

Hēpătārius, a, um. Plaut. ἡπατικ-ός. *That pertaineth to the liver, a disease of the liver.*

Hepătĭca, f. g. *The hearbe Trinity, Liverwort.*

Hepatici, ἡπατικοὶ, qui ex hepate laborant, Pl. 26. 6.

Hēpătĭcus, a, um. Cels. Græc. ἡπατικ-ός. *Of the liver.*

Hepatites, Græc. ἡπατίτης, à jecoris figura, Pl. *A precious stone of the figure of the liver.*

Hepătītis, Græc. ἡπατίτις. *The great carrying veine which commeth out of the liver,* vide Calv.

Hepatium, Apul. vide hepar.

† Hepatizon, Græc. ἡπατίζων, aëris temperamentum, jecinoris colorem referens, Plin. 34. 2. *A temperature of the aire representing the colour of the liver.*

† Hepatorium, Græc. idem quod Eupatorium.

Hephæstites, Plin. Græc. ἡφαιστίτης ἀπὸ τῦ ἡφαίστ-υ, Vulcano, vel ab igneo colore. *A precious stone.*

† Hepiăla febris. *A kinde of quotidian Fever.*

† Hepiălus, ἡπίαλ-ος, Arist. l. 8. hist. animal. cap. 27. *A Butterfly,* Jun. *A gnat.*

† Hepiolus, M. ab ἁπλόω accendo, Ægin. ab ἠπία & ἅλς, quod tranquilla ea febris appareat ut mare initio, asperrimum autem cum turbatur, al. παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν quod blandè & molliter incalescat, Eustat. qu. minimè ἤπι-ος per antiphrasin.

† Hepsema, græc. ἕψημα, i. sapa sign. mustum plurimum coctum, à coquendo dict. *Must boyled to the third part.*

† Hepta vel heptas, Lud. Viv. gr. ἑπτὰ. *Seven, the seven in cards.*

† Heptăpachys, gr. ἑπταπαχὺς. *The measure of seven cubits.*

† Heptachordus, ἑπτάχορδ-ος, septem habens chordas, carmina quæ per septem chordas canebantur.

† Heptapharmacum medicum, septem pharmaca admittens.

† Hetaphonus, ἑπτάφων-ος, porticus est Olympiæ ea arte confecta ut in eadem vox septies reddatur, Plin. 36. 15. *That giveth seven voyces.*

† Heptaphylon, Græc. ἑπτάφυλλον. *The hearbe Tormentill,* à septem foliis sic dict. *Set foile.*

† Heptapleurus vel heptapleurum, Græc. Plin. ἑπταπλευρ-ος, plantaginis species est foliis septem laterum modo inclusa, unde nomen. *Plantaine.*

† Heptapthongus, septem habens discrimina vocum.

† Heptapylus, Græc. ἑπτάπυλ-ος, à πύλη porta. *That hath seven gates.*

† Heptastomos, septemfluus, septem habens ostia.

† Heptătechnus, a, um. adj. septem τέχνη, id est, volumina. *Learned in the seven liberall Arts.* vel ab ἑπτὰ & τέχνη.

† Heptătonos, septem fidibus constans.

† Heptăzōnus, a, um. ἑπτάζων-ος, septem zonas habens.

† Heptēres, ἑπτήρης sc. ναῦς, ἑπτὰ septem, ἐρήσσω remigo, Liv. ex numero septem remorum dict. *A gally having seven oares in a seate.*

Heptheminieris, ἑπτημιμερὶς, ex ἑπτὰ septem, ἥμι dimidium, & μερὶς divisio, qu. dicas septimam dimidiam divisionem, vel dimidium septem pedum: est Cæsuræ genus quum post tres pedes supersit syllaba terminans partem orationis, vide Cal.

Hera, æ, f. vide herus, δέσποινα. *A Lady, a mistresse, a dame, also the hearbe Clary.* Jun.

† Hēracleon, ἡρακλεῖον vel heraclia, Plin. ab Hercule invent. dict. panacis species. *Milfoile.*

† Heracleos, Jun. dict. quod circa Heracleam Magnesiæ civitatem sit primum inventus. *The Loadstone or Magnet.*

† Hēracleōticus, a, um. & heracleoticanux. *A chesnut, a kinde of crabs,* Plin.

He-

Heraclium, ii, n. g. *A kinde of hearbe, water lilly.*

† Heraclius lapis, Plin. ἡράκλιος λίθος, five heracleus lapis, nomen habet quod primum inventus sit circa Heracleam Magnesiæ civit. *The touch-stone, one that hath a good wit.*

Herba, æ, f. quidam quòd terræ suis radicibus hæreat, Isid. ab arvis sicut & arbor, al. à φέρβω pasco, φορβὴ pabulum, zerek זרק Canin. deductum putat à Syriaco Hesba idem, βοτάνη, πόα, χόρτος. *An hearbe, grasse or weed.* Victori herbam dare 1. victum se confiteri, vide Calep.

Herbăceus, a, um. Plin. βοτανώδης, ποώδης. *Of grasse or hearbes, springing like grasse.*

Herbārius, ii, masculini generis, βοτανολόγος. *An Herbalist, or hee that hath knowledge in Plants, a Simpler, &c.*

Herbārius, a, um. Plin. βοτανικὸς, ἐγχλωρος. *Pertaining to hearbes or grasse.*

† Herbarium, ii, n. *A greene arbor.*

Herbasco, is, ĕre. Plin. & herbesco, is, ĕre. βοτανόομαι, ποάζω. *To grow to the fashion of an hearbe.*

† Herbaticus, a, um. animalia herbatica, Solin. βοτανικὸς. *Belonging to hearbes.*

† Herbeo. *To be greene or full of hearbes.* leg. & adherbo, conherbo, deherbo, inherbo.

Herbescens, tis, p. *Growing to an hearbe.*

Herbescida, æ, fœm. & masc. *A mower.*

Herbeus, a, um. adjectiv. Plaut. ἐγχλωρος, βοτανώδης. *Greene like hearbes.*

Herbĕo, as. *To bee greene or full of hearbes.*

Herbĭdus, a, um. Liv. βοτανώδης, ποώδης. *Full of grasse, also grasse colour greene.*

Herbĭfer, a, um. adjectiv. Plin. βοτανοφόρος. *Bringing forth hearbes or grasse.*

† Herbĭgrăda, æ, f. (cochlea quæ super herbam graditur.) *A Snaile going on the grasse.*

Herbĭlis, le, adj. Fest. ποάζων. *Belonging to hearbes or that which is fed with grasse.*

† Herbitium, Isid. locus in quo herbæ nascuntur.

† Herbitum vocaverunt pastores, eo quòd vice herbæ præbearur pecoribus ubi desunt pascua, Isid. *A kinde of tree so called.*

† Herbo, as. *To set with hearbes or to feed on hearbes.*

† Herbositas. *Abundance of herbes.*

Herbōsus, a, um. Plin. βοτανώδης. *Full of grasse.*

Herbŭla, æ, fœm. gen. *A little hearbe.*

Herbŭlentus, a, um. adject. idem quod herbosus.

† Herbŭletum, ti, n. *A garden for pot-hearbes.*

Herbulum, idem quod Senecio.

† Hercæus, corruptè apud Tert. legitur Stercetæ, signif. domesticas mulieres, ita dictus Jupiter, quod custodiebat omnes qui intra unum ἕρκος erant, septum quod portis objicitur, Cæs. bel. civ. 1.3. *A pale set before the gate.*

† Hercisco, divido, verbum factum tanquam ab hercio inusitato, ab ἕρκιον vel ἑρκίον septum, propriè circa aulam seu domum, Hesych. ἕρκιον κύκλος αὐλῆς, οἰκία, τεῖχος. Ergo hercisci est propriè de ea divisione qua interseipiuntur domus vel arva, vide D. hircisco, is, īvi, ītum. dividere & propriè hæreditatem inter hæredes, & dicitur de hæreditate, vel scindo, unde cedo, unde hircisco, id est, dividens, & hirciscendus, id est, dividendus, & secundum antiquos e mutatur in u. hirciscundus, hirciscunda, æ, & hirciscunde indeclin. invenitur in legibus, id est, divisio hæreditatis inter hæredes.

Herclè, herculè, vel hercules, adv. νὴ τὸν ἡρακλέα. *By Hercules, in faith, truly, as God helpe me, undoubtedly.*

Herculana pars est pars decima, Plaut. Trucul. 3.7. Herculanus morbus, id est, comitialis, Herculanus nodus dict. quia hic nodus generationis & conjugalis complexionis est signum. ut qui 70. liberos reliquerit.

Herculānus, vel Herculeus, a, um. & Herculaneus, ἡράκλειος. *Of or belonging to Hercules, pertaining to a valiant fellow, invincible.*

Herculè, adv. herclè, hercules, mehercule, mehercules, adverbia sunt jurandi ab Hercule deducta, qu. dic. per Herculem, νὴ τὸν ἡρακλέα. *Valiantly, courageously, by Hercules.*

† Hereulcarius, a, um. adj. *Difficult.*

† Herculeè, adverb. *Championlike.*

Hercules. *A champion, a gyant.* vide plura in propriis.

† Hercules, Alciat. *A bastard.*

Herculeus morbus, vide Comitialis.

† Herculus pro Hercules, Gloss.

Here pro heri, χθές unde χθὲς hesi postea heri, χθὲσι ut πρόσι χ in h. Scal Ter. *Yesterday.*

Herebus profunditas inferorum, vide Erebus.

† Heredicapa, æ, m *Hee that depriveth one of his birthright.*

† Heremia, ἐρημία. *A wildernesse,* Acerd.

† Heremita, æ, m. ἐρημίτης ab ἔρημος desertum. *An Hermite,* vide Eremita.

† Heremitorium, cella aut ecclesia in eremo, Acerd.

Heres olim pro herus.

Heri, adverb. χθές, ἐχθές, die aut nocte præterita, Fest. here, id est, adverbium temporis, heri dictum à Græco ἐχθές. Scal. g. ad Var. χεσί, unde χθὲς hesi postea heri. Donat heri & here antiq. indifferenter, & mani & mane, & vesperi & vespere. Sipont. dict. ab hæreo, quod dies hesternus hæreat hodierno. *Yesterday.*

† Heribannum. *An edict for the vassall to bee ready in armes at a day.* Calv.

† Heribannus est mulcta quam luit is qui vocatus ad exercitium venire contemnit, Acerd.

Hericius, vide herinaceus.

Hĕrĭfuga, æ, com. gen. δεσποτοφυγας. Cat. fugiens herum. *One running from his master.*

Herigeron, vide Senecio.

Hĕrĭlis, le. δεσποτικὸς. *Pertaining to the master.*

Hĕrĭlis, is. subst. Apul. *A mistresse or dame.*

Herilitas. *Mastership.*

Heriliter, adv. *Lord-like.*

Herinăceus, ei, m. Plin. vel hericius ex χερσαῖος, vivit n. asperis & incultis locis, & est hirsutum, & incultum animal, ἐχῖνος, χερσαῖος. *An urchen, an hedgehogge.*

† Herisceor, ĕris. *To part betweene coheires.*

† Herischalda est pœna non respondentis ad delictum, Calv. ex Feud.

† Herissitium, v. bannus, bannitas.

† Heritudo, f. Gloss. *Mastership.*

Herix & hericius, Plin. idem quod herinaceus.

† Herluini milites, ab Herluino duce, qui infeliciter & imperitè pugnabat.

Herma, Græc. ἕρμα, Fest. ponitur à Græcis pro firmamento, unde etiam Mercurii nomen inventoris, ut put. firmæ orationis dict. interdum saburram signif. Fest. *The balasing of a ship, a firme staying.* M. ex חרמה Gharma acervus.

Hermæ, Græc. ἕρμαι dict. quod Mercurii imaginem referebant. *Images of Mercury.*

Hermăphrŏdītus, Græc. Jun. ex ἕρμης Mercurius, & ἀφροδίτη Venus, id est, simul mas & fœmina utriusque sexus. *He that is both man and woman.*

† Hermathena, ἑρμαθήνη, ab ἕρμης, Mercurius & ἀθήνη Minerva. *A kinde of*

of Image, also a place of wrestling.

† Hermedone, Vitruv 9.7. ἑρμῆ ἡδυνή, Mercurii delitiæ. *A kinde of Constellation.* M.

Hermelion, Græc. Plin.37.10. *A precious stone.*

Hermeracla statua Mercurii cui Herculis caput impositum fuit, Cic. ad Attic. Epist.8. Mercurius & Hercules erant ornamenta gymnasiorum.

Hermeraclæ. *Images representing Mercury and Minerva together.*

† Hermaneuma, atis, n. g. Papin. ἑρμήνευμα. *An exposition.*

† Hermeneumaticus, a, um. id est, interpretativus. *That interpreteth*, alii hermeneuticus, a, um.

† Hermeneumatizo, as, id est, interpretor, ἑρμηνεύω. *To interprete.*

† Hermerotes. *Images wherewith children used to play.*

† Hermēnia, Græc. ἑρμηνεία interpretatio, ἀπὸ τῦ ἑρμηνεύειν quod est interpretari, Arist. *An interpretation.*

Hermes Mercurius, vide in propriis.

Hermo, hermōnis. *A kinde of Serpent.*

† Hermŏdactylus, Græc. ἑρμοδάκτυλος, Lat. Mercurii digitus, κολχικὸν. *Meddow-saffron*, filius ante patrem, Dodon.

† Hermŏglyphus, Græc. ἑρμόγλυφος. *A graver of Images, especially of Mercuries.* unde nomen hermoglyphus qui hermas γλύφει, statuarius.

Hermolaus. *Hennes foot, the second kinde of Fumitory.*

Hermolion, gemma, vide Plin. 37.10.

Hermŏpōlium, vide Thermopolium, n. Græc. *The places where Images are sold.*

† Hermŭla, æ, f. Apol. dim. ex herma, statua sine manibus, Gloss. Isid. leg. hormula, Acerd. statua Mercurii & sigillariolum.

Hermŭpoa, Plin, ἑρμυπόα. *The hearbe Mercury.*

Hermopolium, taberna lautitiarum, quia Mercurius mercimoniorum numen habitus fuit, Plaut. Cur.2.3.

Hernia, æ, f. Mart. (Celsi dict. à duritie pellis quæ fit post intestinorum descensum, hernium, durum & asperum dicitur tractum à Sabinorum lingua qui herniam saxum vocant. Herniæ nomen nonnulli, παρὰ τὸ ἔρυγος, formarunt quod cum intestinum incipit in scrotum decidere, videtur ramum facere, κήλη. *The disease called bursting*; vide Ramex.

† Herne, Sub. *A Stone.*

† Hernicus, a, um. id est, saxosus vel monticulosus, Virg.

† Herniōsus, a, um. qui herniam patitur. *He that hath his bowels fallen into his cods.*

Hæro, vide Æro.

† Hero, herus in genitivo, vide Ero, Cal.

Herodiani, Herodis domestici vel qui persuasum habebant Herodem Messiam esse.

Herodius, vide Brodius, ἡρώδιος, fulica.

Hērōĭna, æ, fœmin. gen. heroinæ, heroum filiæ vel uxores, Prop. ἡρωίνα. *A Lady of honour, a noble woman.*

Heroides, fœmin. gen. ἡρωίδης, idem quod heroinæ, herois uxor vel filia.

Hērōicus, a, um. ἡρωϊκὸς. *Belonging to worthy and noble Personages, excellent, noble, heroicall.*

Hēros, ōis, m. ἥρως, Plaut. ἀπὸ τῦ ἔιρειν, quod sapientes fuerint, & eloquentes, al. ἀπὸ τῦ ἐρᾶν τῆς ἀρετῆς, hoc est, ab amore virtutis, ἀπὸ τῆς Ἥρας, hoc est, a Junone, primúmque ejus filium heroem appellatum tradunt, al. ἀπὸ τῆς ἠρᾶς, eo quod ex terra originem ducunt, quo etiam reversuri, vel quod terrestres qu. dii sunt, alii ab ἄνηρ. per literarum transpositionem, quasi aëreos ἀήρωας quia heroes non sapiunt terrestria sed supereminent instar aëris, Plato in Cratylo ἥρως ducit ab ἔρως, quod ex amore immortalis dei adversus mortalem fœminam, aut immortalis fœminæ adversus mortalem virum genitus videatur, Fabr. ex חורין Chorin, Chald. ex Heb. חור Chorim. *A noble man, a man that excelleth in noble vertues, an halfe god.*

† Herōum, i, n. g. Græc. ἥρωον, templum heroum. *A monument or tombe.*

† Herōus, a, um. ἡρῶος, idem quod heroicus.

† Herpacantha, Jun. vide Acanthus.

† Herpes, Græc. Jun. ἕρπης ἀπὸ τῦ ἕρπειν, à serpendo dict. *A kinde of Saint Anthonies fire, also wilde fire, also a kinde of beast whereby this disease is healed.*

† Herpex, vide Irpex.

† Herpica, æ, f. i. occa.

† Herpicarius. *Pertaining to such an instrument.*

† Herpĭco, as, Col. vide Erpico. *To harrow.*

Herpillus, idem quod serpillus.

† Herthus, i, m. *Earth.* ἑρα terra, hertha, idem. *An hearth.* Focus.

Hĕrus, i, masculi. gen. ex heros, ἥρως, δεσπότης, κύριος, herus, dominus familiæ, Gloss. δεσπότης, dominus, herus, Fest. hæres apud antiquos pro domino usurpatur, Scalig. herus ab ἥρως ducit Mart. à libertate quæ Ser. חרו Cheru. ex Heb. חור Chor. vide Schind. herus aliqu. heri filius dicitur. *A Lord or master.*

Hesperis, ĭdis. Græc. ἑσπερίς, dict. quod noctu magis olet, unde nomen habet, Leucoium marinum. *Sea stocke-gilly-flower.*

Hesperius, a, um. adject. *Of the West*, ut malum hesperium. *A Lemon.*

Hesperus, i, m. ἑσπερος, ab ἕσω περᾶν, quod animalia faciat intro transire quietis causa, Etym. al. ab ἑως aurora vel lux, & πέρας terminus, hesperus, stella quæ vespere subsequitur solem, mane autem antegreditur, & tunc dicitur φωσφόρος, V. Var. l.3. de re rust. c.5. *The evening starre or evening tide.*

Hesperugo, ĭnis, f. Sen. idem.

† Hesterno, adv. χθές. *Yesterday.*

Hesternum, n. Gloss. *Yesterday.*

Hesternus, a, um. Lec. hesternus ab heri, ut crastinus à cras, hesternus, qu. hæc est ternus, id est, dies terna, al. qu. hesiternus, ex heri & ternus, χθεσινος, χθιζος. *Yesterday*, vide heri.

† Hesychasta, requiescens, anachorita. *Resting from worldly affaires.* Acerd.

† Hĕtæria, æ, f. ἑταιρία vel ἑταιρεῖον, sodalitas, societas, sodalitium. *A society or fellowship.*

† Hetæriarcha, æ, f. Græc. ἑταιρίαρχης, qui præest ἑταιρίαι. *The Captaine of the bands of the allies and aides, also an Abbot.*

† Hetæriarchia, æ, f. Græc. ἑταιριαρχία. *An Abbotship or dignity of an Abbot*, ἑταιρος & ἀρχος.

† Hĕtĕroclītus, a, um. ἑτεροκλιτος, aliter declinatus, ab ἕτερος, aliter, & κλίνω declino. *Declined other wayes than common nounes be.*

† Hetĕrŏcrānea, f. Pl. Græc. ἑτεροκρανία, ex ἕτερος & κρανίον, cum caput inæqualiter dolet, &c. *A disease in the head.*

† Hetĕrŏgĕneus, a, um. Græc. ἑτερογενης. *Of another kinde*, γένος genus.

† Heteromaschăla, ōrum. & heteromalla, ōrum Græc. ἑτερομάσχαλα, Bayf. *Servants garments having only one sleeve or rough on one side.*

Heteromaschălus, a, um. ἑτερομάσχαλος, οι. Græci ἑτερομασχάλους χιτῶνας, hoc est, unius manicæ tunicas vocabant quales fuerunt servorum tunicæ, μασχάλη ala, axilla, humerus & manica.

† Heteronymon. *That hath another name*, Coop.

† Heteroploa, ἑτεροπλοῦ, trajectio, commeatus.

† Hetĕrŏrhythmum pulsum voc. qui alterius ætatis habet rhythmum.

† Hete-

† Heteroſcii, heteroſcius, Græc. ἑτερόσκιοι, à σκία umbra, alter-umbris, v. amphiſcius. *Thoſe that have their ſhadowes eaſt but one way.*

Hetta, res minimi pretii, qu. hieta, i. hiatus hominis, atque oſcitatio, alii puſulam dixerunt eſſe quæ in coquendo pane ſoleat aſſurgere, à qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus non hettæ te facio. Scal. vet. Gloſſ. φλυκτὶς ἀρτίου, at hirta aliter interpretantur hitta, hiſta, ὑμὴν ῥαίας, videl. quod circum dici annotatum eſt, ab hio v. hecta.

† Hette, interject. Priſc. lib. 2.

† Hetruſcum ſandalium, Jun. *A Spaniſh ſhoe.*

Heu, interject. dolentis, φεῦ, Can. *Alas.*

† Heurẽtes, æ, f. εὑρέτης inventor, ab εὑρίσκω invenio. *A deviſer of a thing*, Plaut.

Heus, ad. vocandi. *Ho, harke, ſirra*, Feſt ex Gr. ἓυ vel ex הוי hui in com. poſit. hexa.

† Hex, ἕξ, ſex. *Six.*

† Hexăclīnum, n. Græc. ἑξάκλινον, Mar. cœnatio ſex lectos, ſc. cœnatorios continens. *A place wherein are ſix ſupping beds.*

† Hexagium, ἑξάγιον, ſextula quæ pendet quatuor ſcrupula, Gr. ſcribitur σάγιον, ubi S. eſt ἐπίσημον nota ſenarii, M. ex Scal.

Hexăgŏnus, a, um, Col. hexagonum, i. ſex angulorum, ἑξάγωνον. *That hath ſix corners.*

† Hexămĕron, Gr. *Of ſix daies.*

† Hexamerinus, a, um. *Pertaining to ſix daies.*

Hexamĕter, a, um, Gr. ἑξάμετρον, id eſt, ſex menſurarum vel pedum. *A verſe of ſix feet.*

†. Hexapeda, Gr. *A meaſure called a fathome.*

† Hexapla vel hexaplum, ἑξάπλουν ſextuplex, ab ἕξ ſex, & πέλω ſum. *Six fold.*

† Hexăphŏrum, ti, n, Mart. Græc. ἑξαφόρον. *A litter or chaire to be carried by ſix men.* inde nomen.

† Hexaptotus, a, um. *Having ſix caſes.*

† Hexas, ădis, ἑξάς. *Six.*

Hexaſticum, Græco, ἑξάστιχον, Col. hordeum dict. quod ſex ordines ſpicæ habeat verſus στίχους vocant. *Six verſes together, that hath ſix rowes in the eares.*

† Hexecontalithus, m. Græc. Plin. dict. quod ſexaginta colores habeat, ἑξήκοντα ſexaginta & λίθος lapis. *A little pretious ſtone having divers corners.*

Hexēres, is, f. Græc. ἑξήρης Liv. dict. quod ſex ordines remorum habet. *A ſhip or gally having ſix oares in a ſeate.*

† Hexapſalmus, vel hexapſalmum ſenio pſalmorum quos canebant in matutinis, Meurs.

† Hexis, v. affectus, qui & ſcheſis dicitur.

H *ante* I

HI. in notis antiquorum, hæreditatis jure vel hercle juravit. HI. hic invenies. HL. honeſto loco vel hic locus. HIC. LOC. HER. NON. SEQ. hic locus hæredes non ſequitur. HLN. honeſto loco natus. HM. honeſta mulier, vel hora mala, vel hora mortis, &c.

† Hiabundus, a, um, Gl. *Gaping or gaſping.*

Hiacinthus, ab ἴασις ſanatio. *A kinde of hearbe.* idem quod Delphinum, Dioſc.

Hians, tis, part ſive nomen, χαίνων. *Gaping, not lovingly meeting, not well joyned together.*

Hiāri, pro mirari, Var.

Hiaſco, is, ĕre, Cato. χαίνω, διαχάσκω. *To gape open, or ſpread as a flowre doth.*

† Hiaſſo, as, freq. *To gape often.*

† Hiāto, as, χασμάω, aperior, ab hio. *To gape often.*

Hiator, ōris, m. *A gaper.*

Hiatŭla, ab hiando dict. *A kinde of round ſhell-fiſh that gapeth*, vide Geſn.

† Hiatuli, συνόδοντες, ſunt quorum venter inter comedendum in ore invenitur.

Hiātus, us, maſc. verb. ab hio, χάσμα, χάσμημα. *A wide opening of the mouth or of the earth, an unpleaſant open ſound.*

Hiberna, ōrum, ubi milites hiberno tempore ſtationem faciunt, Jun. *Places where ſouldiers keepe in winter for avoiding of extreame cold.* Item Spurca, Gloſſ.

Hibernacula, ōrum, χειμάδια, idem quod hiberna.

Hĭbĕris, ĭdis, fœm. gen. Græc. ἰσχιὰς, naſturtium ſylveſtre. Sciatica. *Creſſes.*

† Hibericum, vide androſæmum, Coop.

Hĭbernus, a, um, idem quod hyemalis, aut ab hyems, aut immediatè ab ὗω, id eſt, pluo, vel à χειμερινὸς, Iſid. hibernus inter hiemem & vernum eſt qu. hivernus qui plerumque à parte totam hiemem ſignif. v. hybernus. *Of or pertaining to winter.*

Hȳbĕrus, a, um. *Spaniſh*, unde hiberus color. Jun. *A colour betweene red and blacke*, hiberum argentum. *Spaniſh ſilver.*

Hibiſcum, neut. vel hibiſcus, maſc. Plin. ἑβισκὸν Gal. ἑβισκὸν vox exotica, Althæ. *A Muſh-mallow.* Vir. *young bull-ruſh.*

Hĭbris, ĭdis, com. Plin. *A wild hog, alſo one that is borne of parents of divers countries*, v. hybris.

† Hibur, ſulphur. Pandect. Med.

† Hibus pro his, Plaut.

Hic, hæc, hoc, pronomen demonſtrat. Scal. 128. ὅσκε iſce, ὅκε, hicce, & per Apocopen hic. nam Iones ὁ pro ὅς dixere M. ex Chald. הך hæc pro זה zeh, & הנ hic & hæc & הן hic in loco ex הנה hic, ille, & הנא hia, illa, unde Græcum ὁ, ἡ, ὅτ. *He, this, that, ſuch a one.*

Hic, adv. loci & temporis, ὧδε, ἐνθάδε. *Here, in this place.*

Hicce, hæcce, hocce, Terent. *Is this he here? is this fellow he? this, that, ſuch.*

† Hicta, æ, f. Gloſſ. *The ſkinne of the pomegranate tree.*

† Hida. *A hundred acres of land, or a plow land, a hide of land.*

† Hidāgia. *A taxe paid for a hide of land.*

† Hidroa, v. hydrea, hidros, ἱδρὼς, ſudor, eſt humidum tertiæ concoctionis excrementum.

Hiems, v. hyems.

Hiĕra, æ, fœm. *A garland conſecrated to God*, hieram fecimus, quod rarò curſoribus evenit, Sen. *We have conſecrated to God the price we ſtrove for.*

† Hiĕra, ſacra, ἱερὸν, ά, όν. ſacer, ſacra, ſacrum, eſt autem ἱερὸν non tantum ſanctum & venerabile, ſed aliq. magnum & vehemens, v. M. hiera medicis eſt medicamenti compoſitio, ſic appellat. κατ' ἐξοχὴν, id eſt, magna, ἱερὰ πικρὰ, hiera picra, quæ ex aloe.

† Hĭĕrabotāne, Vide hierobotane.

† Hĭĕrācium, Græc. ἱεράκιον, Plin. dict. exiſtimat ab eo quod ejus ſucco accipiter oculorum caliginem diſcutit. *Hawke weed.*

† Hieracītes, Plin. Gr. ἱερακίτης, ab ἱερὰξ. *A precious ſtone*, à colore accipitris dict.

† Hierauthemis, is, fœm. vide eranthemis.

† Hiĕrapicra, æ, f. Iſid. Græcolat. ἱερὰ πικρὰ, ſacra amara. *A bitter confection to purge choller.*

Hierarcha, æ, m. ἱεράρχης ſacer princeps, tanquam ἱερῶν ἄρχων, qui præeſt ſacris. *An holy Governour.*

Hierarchia, f. Dion. Græc. ἱεραρχία, ſacrorum principatus. *An holy governance or principality.*

Hierarchicus, a, um, adject. Dion. ἱεραρχικὸς. *Pertaining to an holy governour.*

† Hieratica Græc, ἱερατικὴ, Plin. *Fine paper dedicated only to religious bookes.*

Hierātĭcus, a, um, ſacerdotalis, rebus ſacris deſtinatus, ἱερατικὸς, ab ἱεράομαι, ſacerdotio fungor, hieratica charta

charta appellabatur antiquitus religiosis tantum voluminibus dicata, quæ ab adulatione Augusti nomen accepit, Pl. 13. 12. M.

† Hierax, Dion. ἱεραξ, dict. ἀπὸ τῦ ἴεσθαι ῥάον, id est, φέρεσθαι, quod pernicissima sit volucris, accipiter, est & piscis nomen apud Athen. *A saker.*

† Hierentis vel hierosolymitana rosa Junius. *A rose of Jerusalem.*

† Hĭĕrŏbŏtānē, es, f. Plin. Græc. ἱεροβοτάνη dict. quod ea in sacris uterentur. *Vervine*, Diosc.

† Hierocomium, neut. gen. ἱερακόμειον, ab ἱέραξ scil. νοσος & κομέω curo. Jun. *A house for such as have the leprosie.*

† Hierodulia, æ, f. g. ἱεροδουλία. *A profession of religion.*

† Hierodulus, Græc. ἱερῶν δοῦλος, Gloss. hieroduli, Firm. sacrorum ministri. *Ministers in the Churches.*

Hiĕrŏglyphĭca, Tac. ἱερογλυφικά, ab ἱερος & γλύφω sculpo, absolute (subintelligendo σημεῖα) erant notæ arcanæ animalium, per quas & res & animi sensa exprimebant tanquam per literas; unde & literas vocabant, v. Amm. Marcel. lib. 22. & lib. 17. & Macrob. Satur. lib. 1. 21. M. *Mysticall letters or cyphers among the Ægyptians by images signifying holy sentences.*

Hieroglyphicus, a, um, ἱερογλυφικὸς. ad hieroglyphum pertinens.

† Hiĕrŏglyphus, ἱερόγλυφος, qui sancta vel arcana sculpit.

† Hieromonachi, id est, sacerdotes monachi.

† Hĭĕron, vel hierĕon, Græc. *A chappell.*

† Hieronīcus, ci, masc. gen. Græc. vide victores sacrorum certaminum. *The victor of the games called* ἱερονικὸς, ex ἱερὸς sanctus, & νίκη victoria, ἱερονικος.

Hiĕrŏphanta, m. g. Jun. Gr. ἱεροφαντης, dict. ab eo quod sacra ostenderet, μυσταγωγὸς. *An expounder of mysteries and holy affaires*: ab ἱερον sacrum & φάινω ostendo.

† Hierophylax, Scæv. ἱεροφύλαξ, ex τὰ ἱερὰ φυλάττω, sacrorum custos. *A church-warden.*

† Hierosarchus, m. vel hierosarcha, m. *The chief priest*, ex ἱερεὺς, sacerdos, & ἀρχὸς princeps.

† Hierothēca, rei sacræ theca, Jun. ἱεροθήκη. *The box wherein the crucifix was kept.*

† Higra, æ, fœm. *A root of pepper*, Coop.

† Hila, vide hilla.

† Hila intestinum tenue ab hira, vel hilum, aliquando pro intestino recto.

Hilarātio, fœm. Tertul. *A making merry*, exhilaratio.

Hĭlărātor, m. *He that maketh merry*, Firm. exhilarator.

Hilarātus, a, um, adject. *Made merry.*

Hĭlărè. adverb. τερπνῶς, φαιδρῶς, ἱλαρῶς. *Pleasantly, merrily, jocundly.*

Hĭlărĕsco, is, ere, Var. ἱλαρύνομαι, *To waxe pleasant.*

Hĭlăria, ōrum, n. ἱλαρία, Macr. festa læta. *The eight day of the Kalends of Aprill. Feasts at Rome in honour of* Cybele, ab hilaritate dict.

Hĭlăris, re, & hilarus, a, um, ut Græce ἱλαρὸς, ὰ, ὸν, lætus, ab ἱλαος, quod aliq. est etiam lætus. Propriè autem propitius, τὸν αὐτὸν ἵλεων καὶ ἱλαρὸν ἔλεγον, ait Athen. M. ex ἱλαος, φαιδρὸς, τερπνὸς. *Pleasant, cheerefull, merry.*

Hĭlărĭtas, atis, fœm τερπνότης, ἱλαρότης. *Cheerefulnesse, mirth, pleasantnesse.*

Hilaritèr, & hilarius, adv. φαιδρῶς. *Merrily, pleasantly.*

Hĭlărĭtūdo, inis, f. Plaut. *Merrinesse.*

Hilaritus, pro hilariter, Vide Plaut.

Hĭlăro, as, φαιδρύνω, ἱλαρύνω. *To make merry, to delight.*

Hilărœdus, Fest. Gr. ἱλαρῳδὸς. *A singer of merry or of wanton songs*, ab ἱλαρος & ᾠδὴ cantatio.

Hĭlăror, āris, pass. *To be made joyous.*

† Hĭlărŭlus, dim. ἱλαρότερος. *Somewhat pleasant.*

Hĭlărus, a, um, Ter. Græc. ἱλαρος. *Merry, pleasant*, ab ἱλαος lætus, propitius.

↓ Hilech, i. vitæ propagator. *The prolonger or planet that giveth life in a nativitie.*

† Hilla, æ, f. g. vel hilla, ōrum, n. g. Var. à fartura farcimina in extis appellata, à quo, quod in eo tenuissimum intestinum fartum; hila, ab hilo dicta, id est, minimo, Fest. hira, quæ diminutivè dicitur hilla, quam græci dicunt νῆστιν, intestinum est quod jejunum voc. M. ab ἴλεον, Hor. ἐγκόιλιον. *A small gut or chitterling salted, an hungry gut*, v. Hira.

Hillum, li, neut Gl. ἴλεον, ab hira vel hilum. *The little gut.*

Hilo, masc. gen. Gloss. *The Northwinde.*

Hilo minus. *Little leese*, Pla.

Hilum, li, n. g. (ex אור alii. al. ab hir. Scal. hir est minutum illud cavum in media vola, ab eo ὑποκορισικὸν, hillum cum vellent ostendere parvum modum rei, puta aquæ, aut similium, ne hillum dicebant, ostendentes volam manus, hillum, Scal. in Fest. ex Gloss. legit illum sine aspiratione, Fest. ducit hilla ab hira per dim. τὸ γρῦ. Hilum putant esse quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil & nihilum, Fest. M. ex filo. *The blacke of a beane, little or nought, a trifle.*

† Himantopus, ἱμαντόπους, Plin. *A kinde of bird.* v. Cal. loripes.

† Himarinus, al. himerinus, ab ἡμέρα dic. vel ex χειμέριος, hiemalis, himerinus circulus, pro Æquinoctiali, Isid.

† Himas, Græc. affectus est gurgulionis, à corrigiarum similitudine sic dictus.

Hin ab heb. הין hin, mensuræ genus, apud heb. continens duodecim logos nempe 72. ora: Nam unus רוג log ex ora habet, M. *A kinde of measure.*

Hinc. adverb. de loco, ex hic, ἐνθεν, ἐντεῦθεν. *From hence.*

Hinc & hinc Virgilius. *On both sides.*

Hinnĭbĭlis, le, Apul. χρεμετιστικὸς. *Apt to neigh.*

Hinnibundè, adverbium, Noun. *After the manner of mules*, hinnientèr.

Hinnĭcŭlus, li, masc. Vitr. νεβρὸς. *A young, or little mule.*

Hinnĭlĭto, as, avi, are, Vide hinnio. Var. Vox à sono ficta. Vide Scaliger.

Hinnĭo, is, īvi, ītum, īre, Quin. à sono dict. χρεμετίζω. *To neigh like a horse*, M. ab hio.

Hinnitus, us, masc. gen. Verbal. χρεμετισμὸς. *The neighing of a horse or mare.*

Hinnulus, & hinnuleus, ci, m. Isid. ab innuere quia ad nutum matris absconduntur, Plin. νεβρὸς, cœtus cervorum, caprearum, capreolorum, damarum, leporum, & similium. Exponitur etiam parvus hinnus apud Plin. l. 8 c. 44. Tamen apud Var. lib. 2. de re Rust. cap. 5. inscribitur de mulis & hinnulis, Dictus est hinnulus ā similitudine hinni, V. M. hinnulus. *A hinde, a hinde calfe, a little mule, a dog fish*, Jun dim. ab hinnus.

Hinnus, ni, m. Var. & hinna, æ, f. Var. ab hinniendo, ex Græc. ἵννος vel ἴννος, vel ex ἡμίονος, sic. enim Græc. dicitur quidem semiasinus, natus n. est ab equo & asina, Bec. Hinnus, & indè hinnulus, sunt Græcæ originis, cum antiquissimis Græcorum ἔννος, ὕννος, atque γίννος eodem sensu in usu fuerint. Gesn. *Innis* apud Græcos filium vel nepotem signif. & fieri potest ut ab hac voce jumenta nana quævis Græce ἴννοι & γίννοι dicantur, quod pullorum magnitudinem nunquam excedunt. *A mule ingendred between a horse and a she Asse, or a little nag.*

Hio, as, ex χάω. Scal. in Var. hisco, χάσκω, χαίνω. *To gape, also to wonder, doubt, or be amazed, to gape or chop, as wood doth in the Sunne, or as the sides of a wound or ulcer doth, also to open as flowers doe.* hiare orationem

Quint.

Quintil. dixit quæ male conjuncta concinnataque est. Hiare vocalibus sermo dicitur, quum propter multarum vocalium concursum, hiulco ore proferendus est, per translat. pro dubitare, stupere, item concupisco. *To gape, to doubt, to covet.*

† Hioto. *To yawne or open the mouth*, ex hio, V. Com. ad Plaut.

† Hippæ, Arist. Græc. ἱππαῖς. *A kinde of crevises not fit to be eaten.* Plin. 9. 31.

Hippăce, es, f. Plin. gr. ἱππάκη, ex ἵππος equus. *Cheese made of mares milke, τύρος ἵππειος.*

Hippaco, as, Fest. vel hippiso, as, Isid. dict. ab equi halitu, qui est supra modum acutus & celer. *To fetch breath quickly.*

Hippăgium, neut. gen. ἱππαγία, ab agendis equis. *A Carriage or horse backe.*

Hippago, ĭnis, fœ. gen. Fest. & hippagoga, æ, fœm. Isid. ex convehendis equis dict. *A ferry boat to carry over horses*, ab ἵππος ἄγειν, Pl. 7. 56. hippagus.

† Hippagōgeus, m. vel hypagogeus, gr. *An instrument wherewith stones are polished.*

† Hipparchus, m. gr. ἱππάρχος. *The master of the horses.*

† Hippasia, equitatio, ab ἱππάζω.

† Hippeas, v. hippæ.

† Hippees, tantæ velocitatis ut consequi non sit, Plin. *Crab fishes.*

† Hippelăphus, Græc. ἱππέλαφος, lat. equicervus. *A animal à forma sic appell.*

† Hippeus, Plin. Græ. ἱππεύς. *A Comet or blasing starre*, cometæ genus equinas jubas imitans, unde nomen. *A Crab-fish, a sea horseman*, Plin. *A Comet.*

Hippi, Plin. Lib. 9. cap. 31. dict. quod celeritate equum imitatur. *A kinde of sea fish, almost as swift as a horse.*

Hippia, *Chickweed*, ἀλσίνη, hippia major. *Common pimpernell.*

† Hippiades, Lysias, Græc. ἱππιάδες. *Images of woman upon horseback.*

† Hippiatrus. *A horse-leech, or farrier.*

Hippice, es, f. Plin. gr. herba quæ famem arceat, unde dict. ἱππική. *A kinde of hearbe.*

Hippicum, ci, n. Pla. ex ἵππος. *Foure furlongs of ground.*

† Hippitare, Gl. *To gape, or gasse badare, oscitare, fortasse pro equitare*, Acer.

† Hippius, Equester, Neptunus.

† Hippo, V. Hippos.

† Hippoboros, ἱπποβόρος. *A feeder of horses*, Coop.

Hippŏcămēlus, Plin. *A monster, part horse, part camell.*

† Hippocampinus, a, um. *Pertaining to Hippocampus* Plin. 32. 7.

Hippocampa, V. Hippopotamus.

Hippocentaurus, gr. monstrum.

Nervosè & nervosus, adv. νευρωδῶς, ἰσχυρῶς. *Strongly, pithily, vehemently, boldly.*

Nervositas, atis, fœm. Plin. τὸ νευρώδες. *The having of sinewes or strength.*

Nervosus, a, um, νευρώδης. *Having many sinewes, or greatly and strongly made in body, pithy.*

Nervulus, li, m. dim. τὸ νευρίον. *A little sinew or string.*

Nervus, vi, mascul. gener. νεῦρον (παρὰ τὸ νεῦσθαι δ' ὅλῳ τῷ σώματι, quod per totum corpus diffunduntur, Etym. al. ex νεύειν tendere) nervus ex νεῦρον, quod ex νη gnor, *A ligament*, item pro tendone, Fest. pro vinculo ferreo. *A sinew, also strength, force, might, power, stoutnesse, and constancie of minde, the string of an Harp, Lute, or other instrument, also the yard of a man*: Item lignum.

† Nesapus, qui non sapit: Vide Cal.

Nescienter, adverb. Prud. *Ignorantly.*

Nescientia, f. Cod. ἀγνῶσις. *Ignorance.*

Nescier, pro nesci.

Nescio, is, ivi, itum, ire, ex ne, id est, non & scio, ἀγνοέω, ἐκ ἴσημι. *To be ignorant, not to know, wot, or tell*: Calep.

Nescitur, imp. *They know not, it is unknowne.*

Nescius, a, um ἀγνώς, ἀνεπιστήμων. *That knoweth not, ignorant of, that cannot, &c. Also not knowne, or unknowne.*

† Nesi, pro sine, Jurisc.

† Nessotrophium, ii, neut. gen. Col. νησοτρόφιον, ex νῆσσα, anas, & τρέφω nutrio. *A place where Duckes are kept to be fat.*

† Nestis, νῆστις. *The empty gutte.* Stup.

† Nesyris, sphondilion herba apud Dioscor. 3. 88.

† Net, Arabicè compositio zapethii quæ constabat olim ex animalis musco, & orientali succino: Vide Tapetion.

† Nete. Jun. gr. νήτη novissima, id est, ima chorda, M. tetrachordo septimo ordine, νέατος, νήτος, νεάτη, νήτη novissima. *The seaventh string of the harpe, making an high and small sound.*

† Nete diazeugmenon, Ju. *Ela, mi*, Nete hyperbolæon, Jun. *A, la, mi, re*, Nete synemmenon, Non. *D, la, sol, re*, M. & Jun.

† Netorius, a, um. *Of spinning, of networke*, &c.

Netorsum, fusum, fusile, M. Netorium fusum, fusellus. Gloss. Isidor.

† Netum, filum νῆμα, netum netus filatus filamen. *A net.*

† Netrulides olivæ, à natando sic appell. apud Jun. Pol.

† Netus, ti, mascul. gener. Vide netum.

Nētus, a, um. (ex neo.) *Spunne or twisted.*

Neu, neve, Plaut. ἢ μή. *Lest that, not, neither.*

Neve, græc. μητε. *Neither, nor, whether.*

Nevis, pro nonvis, Plaut.

Neumaticus, a, um. adjectivum, Plin. ut Neumatica organa. *Devices.*

† Neuras, adis, gr. Galen. νευράς, dict. quod nervorum dissolutiones juvat. *An hearbe called also* poterion.

† Nevolo, nevis, nonvult, 1. non volo Cal.

† Neuricus, a, um. Græc. νευρικὸς. Vitruv. *That hath the gowt, or griefe in the sinewes, ex* νεῦρον Nervus.

† Neuris, νευρίς, herba quam al. solarium, al. vesicarium, ex νεῦρον, Dioscor. 4. 74. 75.

† Neurobata, æ, masc. gener. græc. νευροβάτης, Firm. ex νεῦρα nervi, i. funes, & βαίνω gradior. *A tumbler, a walker on a cord or rope stretched out in length.*

† Neuroides, gr. νευροειδὴς, Pl. 20. 8 ex νεῦρον. *A kinde of wilde lettice called also* Limonium.

† Neurospaston, Græc. Plin. νευροσπαστὸν, ex νεῦρον nervus, & σπάω traho. *An hearbe called* Rubus Caninus, *it hath a leafe like unto a mans steppe, a blacke grape, and a fine w in the kernell thereof.* Nervo tractatus.

Neuter, a, um, adject. gen. neutrius, dat. neutri (ex ne & uter) οὐδέτερος, μηδέτερος. *Neither the one nor the other, neither of the two.* Nec hic, nec ille.

Neutiquam, adverb. ἐδαμῶς, μηδαμῶς. *Not, in no wise, nothing*, ex ne & utique, vel ex neuter & quam, vel ex nequeo, id est, nullo modo. *Nae thing.*

Neutralis, le, adj. Quint. μηδέτερος. *Neutrall, neither, belonging to neither.*

Neutre, οὐδετέρως, neutro modo, neutro genere.

Neutro, adverb. Livius, οὐδετέρωσε. *Neither to the one part, nor unto the other, neither way.* in neutrum locum.

Neutrobi, adv. Plaut. οὐδετέρωθι, idem quod neutro ubi.

Neutrobique, adverb. idem quod neutro.

Neutropassiva verba quæ neutra sunt terminatione, passiva significatione, ut veneo, fio.

Nevult, pro nonvult, Non.

Nevus, v. nævus.

Nex, necis, fœm. gener. ex neco. φόνος, ὀλεθρος. *Violent death with weapons, or other force.*

Nexibilis, le, adject. Frag. Poet. πλόκιμος. *That which may bee knit or tied.*

Nexilis, le, Luc. πλεκτὸς, σύμπλοκος. *That may be knit or tied, winding, strangely knit and wrought.*

Nexiliter, adverbium, & nexibiliter.

Nexim, adv. συμπλεκτικῶς, id est, conjunctim.

Nexo, as, frequent. à necto, Virg. ὀπλέκω, περισυμπλέκω. *To knit or tie often.*

Nexosus, a, um adject. vel nexuosus, συμπλεκτικὸς. *Full of bands*, hinc nexuosè, adv. & nexuositas, subst.

Nexum,

Nexum, i, n. ἄμμα, δεσμὸς πάλης in genere est aliquid nectendo junctum. in jure nexus & mancipium sunt species abalienationis rerum mancip. aliqu. nexus. ita generale nomen est ut mancipium tanquã species in eo ut genere contineatur. M. Fest. nexum est, ut ait Ael. Gallus, quodcunque per æs & libram geritur, idq, necti dic. quo in genere sunt hæc, testamenti factio. nexi dictio, nexi liberatio. nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur.

Nexus, us, m. & nexum, i. n. verb. δεσμὸς, συμπλοκὴ. *A bond, tying, binding, knot, fastening or knitting, a winding or turning, also a solemne obligation, whereby before witnesses one is bound to doe a thing*, Liv. à nector vel nexum quasi nec suum. Var Ll. 6. nam idem quod obligatur per libram, neque suum sit, inde nexum dict. est n. abalienatio civilis, quæ fiebat per æs & libram, id est, ære, nummove aliquo percussa libra, quo pacto solutio repræsentatur, Cal. Var. liber qui suas operas in servitute pro pecunia quam debeat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab ære obæratus, vide Fest. nexus, atomorum colligatio, M. ex Liv.

Nexus, a, um, participium, à necto, πεπλεγμένος, δεθεὶς, πλακείς. *Knit, bound, tied, fastened, hanging or depending, holden together, imprisoned, captive.*

N *ante* I

Ni, conjunctio, est non, ex quo nisi, id est, non si, si non, ideo cum ni pro nisi usurpatur, aut est ellipsis præpositionis si, aut est apocope, illud malim. Docet hoc etiam nimirum quod est, ni mirum, hoc est non mirum. M. ni, pro ne, nive pro neve, aliq. pro sed, item pro præter. Ter. εἰμὴ, ἐὰν μὴ. *But if, if not, except, lest that, but that, unlesse.*

† Nibata, qu. nivata. *Raine water, or snow water.*

Nibatus, a, um, adjectivum. *Bright.*

Nice, νίκη victoria, hinc Nicephorus, νικηφόρος, victoriam ferens.

† Nicerotianum, Mart. dict. ab artifice Nicerote. *A very sweet and pleasant ointment.*

Niceteria, orum, n. Jun. gr. νικητήριον, ἆθλον, ex νικάω, vinco, *rewards for victories, as rings, collers of gold, &c. also sacrifices and publique banquets, which conquerors made after their victories.*

Nico, is, Plaut. Truc. 2. 7. *To make a signe, to move the hand, or to threaten with the hand.*

† Nicolai, Plin. à Nicolao, Damasi. M. ex Casaub. in Athen. *A kinde of Dates.* Item placentæ, panes.

† Nicon, onis, νίκων, in Hierosolymitana obsidione maxima Judæorum Nicopolis sic dicta est, ἀπὸ τῆς πάντα νικώσης. Mart. ex Jos.

Nicophorus, Plin. gr. νικοφόρον. *A kinde of ivy called also* Smilax, à ferenda victoria, quod victores eo coronarentur.

† Nicotiana, v. tobacco.

Nictaculus, Var. Ll. 4. à nictando, ὑλακὴ. *A barking of a dog.*

Nictatio, onis, f. verb. Plin. βλεφαρισμὸς, ριπὴ. *A winking or twincking with the eyes.*

Nictator, m. Sid. ὁ βλεφαρίζων. *He that winketh.*

Nictatus, us, m. & nictamen, inis, n. ἐγρήγορσις. *Watchfulnesse, or watching.*

Nictelamen, inis, neut. *An indeavour.*

Nictito, freq. à nicto.

Nicto, as, freq. à prisco verbo niveo, Plaut. Fest. à nitor, eris, v. V. ex quo nucto, à nyctos quod est nox, ex nicere, est oculorum, & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, Perot. à nuo ducit. βλεφαρίζω, σκαρδαμύττω. *To winke often by meanes of feare, by moving of the eye to give a signe, by shutting of one or both, also to twinckle with the eye, as they that are surprised with a desire to sleepe:* νυσταζων.

Nicto, is, ere, Fest. (ex voce canum, κιάζω, κυΐζω, vel κνύζω, quod canes nictendo nictant, ῥύζω. *To vent, or open as a Hound or Spaniell doth when hee hath the sent of his game.*

Nictor, aris, dep. id. qd nicto, as, Plin. *Also to endeavour or stirre with any part of the body, as birds shake their wings when they would fly and cannot, to flutter.*

Nictus, v. nictatio.

Nidamentum, ti, neut. Gener. Plaut. *A place where birds make their nests.*

Nidellus, li, m. g. Diminut. à Nidus Gel. *A little nest.*

Nideo, es, ere, Stat. σίλβω, M. ex μειδάω, à serenitate vultus ridentis, sed venit ex nidor, vel ex καπνοσα, καπνα, vel ex נדר nid, אור or, agitatio, ignis, al. à nimio odore. *To shine or give a savour.*

Nidi, orum masculi. gener. *Grocers boxes, wherein they put their spices.*

Nidificatio, onis, f. g. August. *A building of nests.*

Nidificium ii, neut. gen. Apul. *A nest.*

Nidifico, as, vi, are, Colum. & nidifico, aris, Pl. idem quod nidulor, νεοσσεύω.

Nidificus, a, um, Sen. νεοσσοποιὸς. *That maketh a nest.*

Nidor, oris, masculi. gener. (ex nideo) est odor cujusque rei adustæ, à nitore ignis, unde nidere, renidere, aliquando odorem, a fiquando fulgorem reddere significe. κνισσα. *The savour of any thing, also brightnesse.*

Nidulor, aris, depon. Plin. νεοσσεύω, νεοσσοποιέω. *To build or make a nest, also to sit abroad.*

Nidulus, li, masc. gener. diminut. à nidus. νεοσσίον, νεόττιον. *A little nest.*

Nidus, di, m. νεοσσία, καλιὰ, à nidore, quod mali odoris sunt avium cubilia, à pullis avium, νίσσος, νεοττὸς, νοσσὸς, est pullus, νεοσσία à νεοσσὸς, νεοττία ex νέος, Bec. *A nest, a boxe or cell like a nest, also the young birds in a nest, a vessell like a nest*, M. ex νὶ & δεῖν, vel ex νησὸς.

Nigella, æ, f. gen. Jun. μελάνθιον, dict. quia nigrum ejus semen. *An herbe called Githe, of sweet savour, and good against rheumes*, Vide melanthium.

Nigellastrum, tri, n. idem quod Githago.

Nigello, as, avi, μελάινω. *To make blacke.*

Nigellus, a, um, adject. à niger, ὑπομέλας. *Somewhat blacke, & nigellulus.*

Niger, a, um, Isid. quasi nubiger, Scal. ex νέφος, id est, mortuus, mortui nigrescunt, μέλας, μελανόχρως. *Blacke, purple, darke, shadowed with many trees, also dead, hurtfull, perillous, ill, naughty.* Niger lapis in comitio locum funestum sign. Fest.

Nigina, æ, f. gen. *A kinde of herbe.*

Nigrans, tis, p. à nigro, Colum. μελανίζω. *That which is blacke, blackish, darke.*

Nigrator, oris, m. Aug. *He that blacketh or spotteth.*

Nigredo, inis, f. Apul. nigritia, & nigrities, Plin μελανότης, μέλασμα, μελασμός. *Blacknesse.*

Nigrefacio, is, ere, μελαίνω. *To make blacke.*

Nigrefio, is, factus sum, eri, Col. μελαίνομαι. *To be made blacke.*

Nigreo, es, sive nigresco, is, ui, ere, Col. & nigro, as Luc. μελανίζω, μελαινιάω. *To become, or be made blacke, to be blacke.*

Nigrescens, tis, p. Plin. *Waxing blacke, or compassed about with blacknesse.*

Nigricans, tis, adj. Plin. ὑπομελανόμενος. *Drawing to blacke colour, somewhat browne, blackish.*

Nigrico, as, Plin. μελανίζω. *To be somewhat blacke.*

Nigror

somewhat blacke.

Nigrior,us, compar. *More blacke, &c.*

Nigritia & nigrities, Vide Nigredo.

Nigritudo,inis,f. nigredo, Pli. 10. 26. μελανοτης.

Nigro,as, avi, μελανω. *To make blacke.*

Nigror,oris,masc. gener. *Blackenesse, mist or darknesse,* vide Nigredo.

Nihil,neut. gen. indecl. (Nihil est minutum illud cavum in media vola ab eo ὑποκοριστικὸν, hillum. cum vellent ostendere parvummodum rei, puta, aquæ, aut similium ne hillum quidem dicebant ostendentes volam manus, indè, nihillum,nihilum, nihil,nil, nihili, qui nec hili quidem est, Fest. hilum putant esse quod grano fabæ adhæret, unde nihil nihilum, Scal. inclinatur hoc nihilum, contract. nihil, nil, &c. ut ex Persio & Etymol. collig. Heb. אין alii, Græc. οὐδὲν, μηδὲν. *Nothing, nought, also no, no more, never, in vaine, to no purpose, never a whit.*

Nihil, adverbii vice pro non.

Nihildum, id est, nihil adhuc.

Nihili, indeclinab. οὐδενὸς ἄξιον. *Nothing, nought, never a whit.*

Nihilifacio, is,ere, ἐξουδενόω. *Nothing to esteeme, or to set nothing by.*

Nihilifio,is,factus sum, Col. *To be of no account.*

Nihilipendo,is, di, sum, ere. Terent. οὐδὲν ὑπολογίζομαι. *To esteem nothing, to make no account of, to contemne.*

Nihilo,as, vel adnihilo, legit nihilior, & nihilius, nihiliſſimum, & nihilitas, M. S. οὐδενόω. *To bring to nothing.*

Nihilominus, μηδὲν ἧττον. *Nothing lesse, notwithstanding, nevertheless,* juris. nihilminus.

Nil, contract. pro nihil indecl. Virg. οὐδὲν, μηδὲν. *Nothing, not, the drosse, or shillings of iron, or other metals* quòd sit quasi nihil. Pomphelyx.v. nihil.

Nihilum,nihili,n. Vide nihil

† Niliacus,& niloticus, ad Nilum pert. v.propr.

Niligena *Borne by the river* Nilus, V. propr.

† Nilion,Plin.37.8. νειλιον,ex Nilo fluvio. *A stone like to Topace, but more duskish.*

Nilius. *A precious stone so called of the River* Nilus. Plinius, libr. 37. 8.

Nilum,μηδὲν ἓν pro nihilum, Lu. *Nothing.*

† Nilo necrium puteus est quidam in Nili ripa ex quadrato lapide constructus.

Nilus,li, νεῖλος & nili, orum, m. g. ex Nileo rege dict. vel à novo inferendo luto, vel quasi νεάϊλυς dict. ἴλυς limus est. *Great conduits, or large pipes of water, brought from conduites into great mens houses, and drawne at cockes, serving every office.*

Nimbatus,a,um, adjectivum, Plá. *Annointed with sweet oyles or perfumes, also of no worth,* item nimbo ornatus.

Nimbidus, a, um, adjectiv. *Stormie.*

Nimbifer,a,um, ὀμβροφόρος. *The bringer of stormes.*

Nimbositas, atis, fœm. Sid. *Storminesse.*

Nimbosus,a,um, ὄμβρώδης, νεφώδης, χειμερινὸς. *Stormy, tempestuous, cloudie.*

Nimbus,bi,m.gen. νιφετὸς, ὄμβρος, τὸ νέφος, ex imber, vel. à nube παρὰ τὸ νέφος, Fung. vel ex Nympha lympha, quia aquosi nimbi, M. ex νύμφα ex νίπτω, lavo, Gloss. νέφελος, nimbus. *A great storme of raine, a sudden storme of raine, or haile, a great blast of winde, a tempest of water, also a sudden or great fall, mischiefe, or ruine,* Nimbus quoque est pyxis. *A wine vessell,* Per item fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quòd est in fronte fœminarum, nimbus, densitas nubis. Vide Isid.

Nimiè, adv. Plaut. ὑπερσφόδρα, ἄγαν. *Too much, overmuch.*

Nimietas, atis, fœm. gen. Colum. ὑπερσφοδρότης, ὑπερβολὴ. *Too great aboundance.*

Nimia, ablativ. comparativis solet jungi, ἄγαν. *By a great deale, by exceeding much.*

Nimioperè, adv. ὑπερφυῶς. *Too exceedingly.*

Nimirum, adverbium idem est quod Nimium. *Too farre greatly.*

Nimirum, adverbium confirmandi, non mirum. δηπουθεν, δῆτα, ὄντως. *To wit, surely, in faith, certainely, doubtlesse, verily, that is to say, &c.*

Nimis, adv. (ex ne, μὴ, & μεῖον, id est, non minus) ἄγαν, λίαν. *exceſſe, in too much, or too little, too much, too too, &c.* ex ne minus, id est, non minus, M.

† Nimiticus,nimius, eximius, immanis, Gl. M.

Nimium, adv. ἄγαν, λίαν, Nimium, nimiumque admodum, Tibul. nimium quantum i. valdè, Cic. *Too farre, greatly.*

Nimius,a,um,id est,nimis magnus, ὑπερσφοδρος, ὑπερβολικὸς. *Too much, excessive, very or over great, too liberall, superfluous, &c.*

Nimmulus, li. *An heatbe very hurtfull to meddowes, it is the same that* crista galli.

Ningidus,a,um. νιφετώδης. *Snowy, white.*

Ningit,imp. *It snoweth.*

Ningo,vel ninguo,is,xi, ere, Virg, νέφω M. ex niveo, qu. nivingo, aut nivem ago, νιφω,νιφετος, παρὰ τὸ νίπτω ningo, ninguidus & ninguis in recto & nivis concisum,nix, Bec. ex Scal. v. niveo. *To snow.*

Ningor,oris, m. Ap. *Snow, a tempest of snow.*

Ninguidus,a,um, adjectiv. Auson. νιφετώδης, νιφοστιβὴς. *Where much snow is.*

Ninguis,is, m. gen. Lucret. *Snow.*

Ningulus,pro nec ullus, Fest. nullus. v. ningo.

Ningus, nivis antiqui ninguis dicebant in nominativo, Prisc.

† Ninna, vox nutricum, à נין nin, filius, M.

† Ninnarius, minio cujus uxor mœchatur, & ipse tacet, Gloss. Isidor. al. minnarius morio & mirio, & mimarius.

† Niptrum, tri, neut. gener. Gr. νίπτηρ, ex νιπτω lavo. *A bath, a basine, a laver.*

Niquis scisciro, Fest. vel inquisscivit, manisciscito, sententiam dicito, inquiscivit, vel nequiscivit nisi quis scivit, Vide Fest. Niquis scivit, Centuria est, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua, nequis civis suffragii jure privaretur.

† Nisæi equi. *A kinde of excellent war horses in* Persia, *so called of the place.*

Nis, pro nobis, Fest.

† Nisa Persis hasta, Scal. M. ex נשא nes, signum, vexillum, vel ex נשא nasha.

† Nisan, heb. ניסן mensis septimus Judæorum in anno civili, cujus initium est à septembri: primus a. mensis in anno sacro respondens partim Martio, partim Aprili nostro, dicitur & abib, M. Vide The moneth Nisan.

Nisi, conjunctio (si non) εἰ μὴ, πλὴν μὴν, ἢ μὴ, ὅτι μὴ. *If not, except, but unlesse, saving, but that esse, also the same that* sed. Cæs.

Nisus, si masc. gener. Virgilius, quod ad cœlum nititur volatus, νισσὸς, ἀετὸς. *An eagle, or the female of sparrow hawkes:* Juv. *also a fish so called,* Arist.

Nisus,ûs,m. g. verb. à nitor, conatus, Vir. πεῖρα, σπουδὴ, πειρασμὸς. *Indeavour, travell, labour to doe a thing, paines taking.*

Nitedula,æ,f. g. à niteo, λαμπυρὶς, λαμπύρα. *A glow worme shining in the night, also a field mouse.*

Nitela, æ, nitor, Solin. c. 55. & ca. 35. & cap. 16. nitelas armorum dicit, & nitelas pulveris vocat ipsas nitentes micas & ramenta, v. nitella, M & nitor, oris.

Nitella, æ, fœmin. gen. Mart. (à niteo) κάλλυντρον. *Cleerenesse, gayrnesse, brightnesse, a tooth picker, also a field mouse.*

Nitè, is, tis, ior, issimus, compar. & sup. φαιδρὸς, καλλωπισμένος. *Gay, and gallant.*

Nitentius, adverb. Calep. *More bright, &c.*

Niteo, es, ui, ere, ens, & nitesco, is, ere, à nive, quasi niviteo, Scalig. ducit à νίπτω λαμπρυνομαι, διαγλάω, καλλύνομαι. *To bee neat or cleane, to bee beautifull and gay, faire and trimme.*

Nitibundus, a, um, adject. Gel. 1. 11 πειρώμενος. *Endeavouring, trusting to a thing, forcing and provoking one another,* vehementer nitens, nitenti similis.

Nitidè, ius, issimè, adverb. λαμπρῶς, φαιδρῶς. *Cleanely, gorgeously, gladly, trimly.*

Nitiditas, atis, fœm. gen. Accius, & nitor, oris, masc. g. στιλπνότης, καλλώπισμα. *Cleannesse, brightnesse, trimnesse, gaynesse, brave attire, comelinesse, beautie, honour, renowne, worship, credit.*

Nitidiusculè, adv. Plaut. διαφανέστερον λαμπρότερον. *Somewhat trimly, cleanely.*

Nitido, as, Colum. καλλύνω, καλλωπίζω. *To make bright or cleane, to make trimme.*

Nitidus, a, um, (ex niteo) κόμψος, λαμπρὸς διαφανὴς. *Cleane, neat, gay, trimme, faire, bright, shining, in good plight or liking.*

Nitor, oris, m. ex νίπτω, lavo, lota n. nitent, vide nitiditas, καλλώπισμα. *Whitenesse.*

Nitor, ĕris, nixus sum, & nisus sum, nitens. (ex νίσσω eo: vel quasi natando conor, M. ex νοω, nata inclinare) πειρώμαι, σπουδάζω, ἐρείδω. *To indeavour, to labour, to strive, to force himselfe to doe a thing, to stay, to consist, to put trust or confidence in, to take paine or travell, to bee in paine, to walke,* niti est conari, sub onere sultum esse, incumbere, cum nisu volare, cum nisu firmari, aut cum nisu procedere.

Nitrăria, æ, f. g. Plin. 31. 19 νιτρωρυχεῖον. *A place where* nitrum *groweth.*

Nitratus, a, um, Mart. νιτρωτὸς. *Mixt with* nitrum, nitratus pulvis, *Gun powder,* Jun.

Nitrosus, a, um, Plin. νιτρώδης. *Having the savour of* nitrum, *having stuffe in it whereof nitre is made.*

Nitrum, tri, n. g. (M. ex Chald. נתרא nithra, he. נתר nathar Hier. nitrum à Nitrea, νιτρον, παρὰ τὸ νίζειν. Etymol.) *nitre. A matter much like salt, of colour ruddy, or white, holed like a sponge, there is one onely kinde thereof knowne, and that is souldier of gold not throughly boiled, or fined, as is falsly taken of some for salt peter.*

Nivalis, le, νιφετώδης, χιόνος. *Pertaining to snow, snowing, also cold.* Mart.

Nivărius, a, um. Mart. χιονώδης, νιφόεις. *Of, or belonging to snow.*

Nivaticum, ci, n. Plaut. *A snowball.*

Nivatus, a, um, Sue. χιόεις. *Made cold with snow.*

Niveo, es, pro ningo, est etiam niveum reddo, νίφω. *To snow.*

Nivio, pro ningo, Non.

Niveus, a, um, χιονεος, νιφώδης. *Like snow, snowie, of snow.*

† Nivitor, nive conspergor, χιονίζομαι, M ex Gl. Cyr.

Nivo, as, & niveo, es, is. *To snow.*

Nivosus, a, um, Col. *Snowie.*

Nix, nivis, fœmin. gener. νιφὰς, χιών. *Snow,* ex χιόω, per inverſ. Vide ningo, Isid. à nube, Varr. nivem, id est, novum, Græc. νέον, capitis nives, Horat. *Hoary, or gray haires,* nix quasi ninx extrito n. à ningo, M. antiq. ninguis, Lucret. 6. ningues, Vide Scal. LL. Cap. 25.

Nixæ, parturientium dolores, à nitendo, i. enitendo, M.

Nixans, tis, participium, Lucret. πειρώμενος. *Indeavouring, labouring.*

† Nixè munite, Gl. Is. à niti quatenus est fultum esse, M.

Nixii dii, vel nixi appellantur tria signa in capitolio ante cellam Minervæ genibus nixa, vel præsidentes parientium nixibus. Scal. nixii, Gloss. nixæ, Græc. ὠδῖνες, vid. Fest.

† Nixor, ăris, Lucret. idem quod nitor, admodum nitor.

† Nixurio, is, Nonn. *To endeavour.*

† Nixus, xi, masc. gen. ex nitor, eris, ἐγκύησις. *A starre in the Firmament; also the God of childebearing.* Fest. Vide.

Nixus, us, masc. gen. verb. ex nitor, πεῖρα, ὠδὶν, ὠδὶς. *The birth of a childe, childe-bearing: also indeavour inforcement to doe: a course, a bending.*

Nixus, a, um, particip. à nitor, ἐρειδόμενος, πεπαθώς. *Trusting or leaning on, staid or rested upon, grounded upon, putting trust or confidence in.*

N *ante* O

NO. in notis antiquorum, nostrum NOBB. nobilibus. NOB. G. nobilis generatus, seu nobilis genere. NOB. E. N. nobili familia natus. NON nonarum. NON. APR. nonis April. NOR. nostrorum. NP. nihil potest, vel non potest. NQ. nusquam vel neque, vel namque, vel nunquam. NR. noster. N. S. E. non sic est. NT. nominatus vel Novum testamentum, vel nostri temporis, &c.

No, nas, navi, ex νέω, νῶ, νάω fluo, Fest. nare à nave quod aqua ferantur natantes, ut navis, νέω, νῶ, νήχομαι, ex heb. אנה anah, אנ ani, navis. *To swimme.*

Nōbĭlis, le, ex nosco, quasi noscibilis, à notum nobilis, ut à motum mobilis, pro noto ponebant, & quidam per g. lit. gnobilis, εὐγενὴς, ἔνδοξος, ὑπερτὴς. *Greatly knowne, noble, excellent, famous, notorious: Also the summe of sixe shillings foure pence,* nobilior & ius compar. & nobilissimus, a, um, superlat. *More noble, most, &c.*

Nobilissimus. *A dignity and honour given in the dayes of* Constantine *to the younger sonnes of the Emperour,* M. ex Meurs. *Also to women of the blood royall,* nobilissimæ, *who were allowed to weare a purple garment: also most noble.*

Nobĭlĭtas, ātis, fœm gen, εὐγένεια εὐδοξία, περιφάνια. *Nobilitie, noblenesse of birth, a noble race,* nominis splendor.

Nobilitatus, a, um, p. ἐνδοκιμηθείς. *Made famous or notable, also come into great infamie.*

Nobĭliter, adv. Plin. εὐγενῶς, ἐνδόξως. *Nobly.*

Nōbĭlito, as, δοκιμάζω, γναρίζω. *To make noble, to promote to dignity, to bring to great or notable infamie by any thing.* Nobilitor, pass.

Nobis, dat. ab ego, ἡμῖν. *To us.*

Nōbiscum, μεθ' ἡμῶν. *With us.*

Nŏcens, tis, tior, issimus, comp. & superl. κακοποιὸς, ἐνοχὸς. *That hath done a trespasse, or an injurie, that hurteth or endammageth, a person guilty, or that hath offended.*

Nocenter, adv. Colum. βλαβερῶς. *Hurtfully.*

Nocentia, æ, fœm. Mar. *Misusage, a hurting.*

Nŏceo, es, ui, itum, ere, M. ex נכה nechah percutere al. ex nece quasi neceo, vel à nox, ex νεκύω, quia contentiones maximè nocivæ, βλάπτω, ἐνοχλέω, ἀδικέω. *To hurt, to indammage, to offend, or to hinder, &c.* Noceor passive lædor.

Nocetur, imperf. Plin. *There is hurt done.*

Nŏcibilis,

Nocibilis, le, adjectiv. ὁπ βλάβης. *Hurtfull or noyfome.*

Nociturus, a, um, p. Luc. ἀδικῶν. *That will or is like to doe hurt.*

Nocivus, a, um, Plin. βλαβερὸς *That doth harme, &c.*

Noctantèr, adv. Adar. *Painefully, by night.*

Noctatio, ōnis, f. νυχία. *A walking by night.*

Noctes Atticæ, νύκτες ἀττικαὶ, Gell. opus ita appell. quod hybernis noctibus in agro Attico fuerit elucubratum.

Noctesco, is. *To begin to be night,* unde noctescit, Non. *It is darke, it waxeth night.*

† Noctianus, nocte custos vigilis, νυκτοφύλαξ.

Noctic ŏlor, adj. Gel. 19. 7. *Darke, or blacke.*

† Noctic orax, v. Nyctic orax.

Noctĭcŭla, æ, f. dim. à nox, parva nox, Gloss. *A short night.*

Noctifer, a, um, Cat. (noctem ferens) νυκτοφόρος. *The evening starre.*

Noctesco, is, Nur. νυχτεύω. *It waxeth darke.*

Noctifuga, æ, f. (noctem fugiens) νυκτοφυγών. *Also a little beast shining by night,* V. Cicindila.

Noctĭfŭga, æ. *The thing that may not abide light.*

Noctĭluca, luna quæ noctu lucet, Var. Ll. 4. σελήνη. *The moone, also a glow worme, also a beast shining by night.*

Noctiluccrna, æ, f. Apul. *A glow-worme.*

Noctilugus. *Mourning in the night.* Luc.

† Noctipugâ, Lucilius vocavit obscæna, quod noctu pugnant atque excitent Venerem, Calep.

Noctivagus, a, um, adject. Claud. νυκτοπόρος. *That wandreth by night.*

Nocto, as, v. pernocto.

Noctu, adverb. νύκτα. *In the night by night.*

Noctua, æ, fœm. gen. γλαὺξ, ὀρνέον, (à noctis tempore ficut νυκτερὶς, q. noctu canit, vel volat, Var. Fest (*An owle.*

Noctuabundus, a, um. *Hee that walketh late in the night.*

Noctuinus, a, um. Plaut. *Of an Owle.*

Noctuluctus, Lucil. *Mourning in the night.*

Noctuculus, vide Nicticulus.

† Nocumentum, ti, n. Quint. *Harme.*

Nocturnalis, le, Gloss. *Belonging to the night.*

Nocturnus, a, um, νυκτερινὸς, ὀνόμ. *Pertaining to the night, in the night time, nightly,* vesper deus noctis.

Nocuus, vide Nocivus.

Nōdātio, ōnis, fœm. gen. Vitruv. *Knottinesse.*

Nōdator, ōris, m. Dol. ὁ δεσμεύων. *He that tieth up in a knot.*

Nodellus, li Gloss. *A little knot.*

Nodia, f. herba nodosa, Plin. *An herbe called mularie.*

Nōdo, as, Plin. δέω, πλέκω, δεσμεύω. *To knit or tie knots, to button.*

Nódosè, adv. *Raggedly, knottily.*

Nodosĭtas. *Knottednesse.*

Nodosus, a, um, adj. πολυπλοκος. *Knottie, full of knots, knurs, joynts, or difficulties, curious, scrupulous.*

Nódulus, li, dimin. à nodus, Plin. σμικρὸν. *A little knot, &c.* Vide Ferya.

Nodus, di, m. gen. ex neo vel ex necto, Bec. ex Heb. ענד gnanad, nodum facit, adstrinxit, ligavit, nodus in exercitu, densa peditum multitudo. nodus cœlestis, signum piscis in cœlo, nodus currax, δέσμος, δεσμὸς, vid. currax: nodus gratiarum dict. quod inter se semper conjunctæ & implexæ sunt. Nodus Herculanus, difficilis, vinculum, ligatura, σύμμα, συνδεσμὸς. *A knot, a knurle, a joynt, a difficultie, an intricate matter,* V. M.

† Noduterensis, deus qui præest frugibus terendis.

† Nodutus, deus qui ad nodos perducit res satas, Aug.

Noegæum, ei, n. g. Fest. à nauco, Noegeum, quidam amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum & pellucidum, quasi à nauco, qd. putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, Fest. Scal. ex ⊐ɯ nogah, splendor. *A white napkin, or thin garment welted with purple like an Albe.*

Noēma, atis, neut. gener. Quint. (νόημα, ex νοέω cogito) *A sentence when one thing is meant, and another spoken, a thought.*

Noenon, pro non, Lucil.

Nola, æ, Jun. ἠχεῖον, κώδων. *A little bell, a sance or sacring bell,* ex Nola civitate.

Nolens, tis, particip. *Unwilling, nilling.*

Nolentia, æ, actus nolentis. *A nilling, a denying,* Tertul.

Noli me tangere. *A kinde of Mercury so called, because the seed thereof being ripe spurteth and skippeth away so soone as it is touched: also a disease or sore so called.*

Nolo, nonvis, nonvult, plur. nolumus, nonvultis, nolunt, (quasi non volo, ut malo, magis volo) infin. nōlle, ἐθέλω, ἀνέχομαι, ἀπεύχω. *To nill, to be unwilling.*

† Noluntas, atis, actus quo quis non vult, Gloss. Arab. M.

† Noma vel nomanum, & nomus, νόμος, & nomia, νομία. *A law.*

Nomæ, arum, fœmin. gen. Plin. νομαὶ, τὰ νεμόνα τῶν ἑλκῶν, (serpentina ulcera.) *Painefull sores which by creeping on doe eate and consume the body.*

Nomarcha, æ, m. νομάρχης, qui certo nomo præest. *Hee that hath the preheminence in the administration of the Lawes, as a Maior, or other like officers.*

† Nomarchia, æ, f. νομαρχία, pro nomo vel lege, præfectura.

† Nomas, pascha lis, gregalis, νομὰς, ablolute pro Numidica gallina.

Nomen, inis, n. g. (ex ὄνομα, ex ⊐ɯ shem, nomen, quod notitiam facit. imago quædam quâ quid noscitur; vel quasi notamen, nomen alii à notu: ut momen à motu, stramen à stratu, Fest. quasi novimen, & Scal. lib. 76.) ὄνομα, nomen vocabulum proprium quo rem appellamus, 2. vocabulum quodlibet quo aliquid intelligibile, vel intellectum efferimus, 3. id quod nomine exprimitur, sive persona sive res, etiam ipsa familia, decus, dignitas, fama, existimatio, honor, cultus, 6. autoritas, jus, potestas, & omnino causa ex qua agi potest; nempe nomen pro eo quod nominatur. 6. actus ipse potestatis ut mandatum. 7. causa. 8. debitor. 9. ipsum debitum. in logicis nomen est subjectum categoricæ propositionis, in Gram. nota rei permanentis, M. *A name, honour, authority, fame, a title or reckonings, or other writings: a debt, or debtor, also a noune,* Quint. *a nation or stocke, a cause or pretence,* pro debitore & pro debito.

Nomenclatio, onis, fœmin. gen. ὀνομαδεσία ὀνοματολογία. *The numbring of names, or surnames of sundry things.*

Nomenclator, vel nomencalator, oris, masc. à nomine calando, id est, vocando, nomencalator, quasi calator nominis, ὀνοματωνάτος, ὀνοματωκλήτωρ, nomenculator, Calv. *Hee that knoweth the names of thinges, and calleth them thereby, a beadle, or such like officer.*

Nomenclatura, æ, f. dimin. idem quod nomenclatio.

† Nomia, dea pastorum.

† Nomius, lex, nomius, a, um, legalis, pastoralis, à νόμος lex, vel pascuum, à νέμω.

† Nomiculæ, i. nonuculæ, nomiculæ, tubercula quæ sub mento capræ sunt.

† Nomicus, a, um, νομικὸς.

† Nomimus, a, um, adj. Cal. νόμιμος, *Lawfull.*

† Nomimalia, dies quo nomina imponebantur infantibus, M. ex Gloss.

Nominalis, le, ὀνοματώδης. ad nomen pertinens.

Nominatìm, adv. v. Nominatim.

Nominātim, adv. ὀνομαστὶ, κατὰ τὰ ὀνόματα, *By name, namely, expressely and particularly.*

Nominātio, ōnis, f. verb. ὀνομασία, ὀνοματοποιία. *A naming, or appointing, a nomination.*

Nominativus, a, um, ὀνομαστικὸς, scil. casus, πτῶσις, dict. quod nominativo res nominentur, vocatur & rectus, v. Scal. ll. cap. 8. *The nominative case.*

Nominatissimus, a, um, Plin. *Most famous.*

Nominator, ōris, m. Ulp. *He that nameth or appointeth,* ὀνοματοθέτης, vide nomenclator.

† Nominātus, a, um, ὀνομαστὸς, κλυτὸς. *Named, called, also renowned, famous.*

† Nominōsus, a, um, κλεινὸς. *Famous,* Isid. Gloss. M.

Nomĭno, as, avi, ὀνομάζω, προσαγορεύω. *To name, appoint, seeke or mention, to call by name.*

† Nomisma, v. numisma.

Nomĭnĭto, as, freq. Lucret. *To name often.*

† Nomius, νόμιος, pastoralis.

† Nomocanon. *A table of the lawes and canons,* Acerd.

† Nomŏdidactes, νομοδιδάκτης, *He that teacheth the law.*

† Nomŏdidascalus, νομοδιδάσκαλος, legis doctor.

† Nomŏphylacium, ii, n. νομοφυλακεῖον. *The Chancerie, or rolls.*

† Nomŏphylax, acis, m. νομοφύλαξ. *He that hath the custodie of bookes wherein lawes be written.*

† Nomos, gr. νόμος, Plin. lex ex νέμω rego, est n. regula, vel à νέμω tribuo, docet enim suum cuique tribuere. est etiam νόμος, modus certus in musicis, certa modulatio, est etiam νόμος præfectura, & regio cujus est certus præfectus & administrator, ex νέμω, divido.

† Nomotheta, vel nomothetes, æ, m. g. νομοθέτης, qui τίθησι νόμους. *A Law-maker.*

Non, adverb. negandi, quandoque pro non modò, non vel nedum, aliquando pro non solum, item pro non tam, ex ne en, ὲ, vel ἐκ, μή. *No, nor, not,* Non pro nec-ne, non cum negationi præponitur, affirmat, ut non nihil tibi debeo, id est, aliquid tibi debeo: quum verò postponitur magis affirmat, ut si dixero nihil non tibi debeo, signif. omnia tibi debeo, v. Calv. pro non solum, pro non tam.

Nona, & Decima, & Morta, nomina parcarum, Gel. 3. 16.

Nonæ, arum, fœm. (nonas à nova luna, quod in eas concurreret principium lunæ. alii quod fuerint initium novæ observationis, sicut Rut. scribit Romanos instituisse Nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: Nono autem die intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent. al. quod ab eo die semper ad idus, ut sit nonus quasi novenus sicut & denus qu. decimus, al. quod ut novus annus Kalendæ Januariæ à novo sole appellatæ, novus mensis, nova luna, nonæ, Var.) Nonæ sex in Martio, Maio, Junio, & Octobri, quatuor in reliquis. Nonæ sunt dies qui proximè sequuntur Calendas, νῆναι, νόννα. *The nones of every moneth, because from that day nine are counted to the Ides: they are the first dayes after the Kalends, that is to say, after the first day of the moneth. In March, May, June, and October, there bee sex, but in all the other moneths but foure.*

Nonagecuplus, a, um, & nonagecuplex, icis. *Fourescore and tenne times double.*

Nonāgenārius, a, um, Plin. nonaginta annos genitus, ἐνενηκοντούτης. *Fourescore yeares and ten of age, the ninetieth.*

Nonageni, æ, a, ἐνενήκοντα. *Ninetie.*

Nonagesĭmus, a, um, (ultimus ex nonaginta.) ἐνενηκοστὸς. *The ninetieth.*

Nonagies, ădv. (ex nonaginta.) ἐνενηκοντάκις. *Fourescore and tenne times.*

Nonaginta, adv. Plaut. vide Viginti, ἐνενήκοντα. *Ninetie, fourescore and tenne.*

Nonani, Tacit. *Souldiers of the ninth Legion.*

Nonaria meretrix, dict. quod non nisi nona hora liceret talibus prostare, alii quod ad nonam usque dormit.

Nonarius, a, um. Pers. ἐνατηφόρος. *Of nine.*

Nonassis, vel nonussis, Var. novem assium numus. *The weight of nine pound.*

Nonceolæ, arum, f. Fest. papillæ quæ ex faucibus caprarum pendent.

Noncuplex, icis, adj. *Ninefold or of nine sorts.*

Noncuplus, a, um, adjectiv. *Nine times so much.*

Nondum, adv. ἔπω, μήπω, id est, non jam, adhuc non. *Not as yet, not yet.*

† Nonceolæ, quidam leg. neovolæ, Isid. nomiculæ, M. vult leg. mamillæ.

Nongenarius, a, um, adj. ἐνακοσιοστός. *Of or concerning nine hundred.*

Nongentesĭmus, a, um. *Nine hundreth.*

Nongenti, æ, a, plur. quasi noningenti, idem quod novies centum, ἐνακόσιοι. *Nine hundred.*

Nongenties, adverb. ἐνακοσιάκις. *Nine hundred times.*

Nongentus, i, m. gen. ἐνακοσιοστός, Plin. *One of them that were chosen to keepe the boxes of the suffrages at the great elections of Rome.*

Noningenti, ἐννακόσιοι, per syncopen nongenti, idem quod nonies centum dicimus, & noningeni. & per syncopen nongeni.

† Nonna, æ, fœm. Jun. *The same that* Parus minor.

† Nonna, æ, f. gen. à Nonnus, castæ vocantur & nonnæ, monacha virgo, Acerd. *A Nunne.*

Nonne, adv. interrogandi, ἆρα, ἦκον. *Is it not so.*

Nonnihil, n. indecl. τι. *Somewhat a little.*

† Nonnula. *A net to catch birds,* Gl. Isid.

Nonnullus, a, um, adject. ἔνιος. *Some man, or some woman, something.*

Nonnuncium, ii, n. Fest. quod novem unciarum sit. *A waight of nine ounces.*

Nonnunquàm, adv. ἐνίοτε, ποτέ. *Sometime, other while, now and then, somewhere.*

† Nonnus, ex νοεῖν, meditari. *A monke, also a Poet,* Alsted.

Nonnusquam, adv. Plin. ἐνταῦθα. *In some place.*

Nonus, a, um, adjectiv. contract. ex novenus, ex novem, ἔνατος. *The ninth.*

Nonussis, v. nonassis, novem assium numus.

† Norax, peccator, M. leg. noxax Gloss.

Norma, æ, fœm. gen. γνώμων, κανὼν, ex νόμος, quod sit quasi lex, M. norma ex noro, est enim instrumentum norandi, id est, cognoscendi aliquid, sic γνώμων ex γινώσκω, Scaliger. ll. 26. γνώριμα, norma, quia sc. facit γνώριμα, id est, nota, vel quasi gnorma, per syncopen, à γνώρισμα. *A rule, or square, a rule and fashion, a levell and line, a law, a forme, a prescript.*

Normalis, le, Quint. & normatus, a, um, Col. κανονικὸς. *Right by the rule, made by the square and rule.*

Normalitèr, adv. Am. Mar. κανονικῶς. *By line and levell.*

Normatus, a, um, adje. Colum. *Made by rule.*

Normŭla, æ, f. *A little rule.*

Noro, as, Col. *To know,* ex noro, pro novero.

Nos, nostrum, vel nostri, nobis, plur. à Nominativo Ego, נס hebr. נא, נאנוּ nos, Doctus Caninius Syriace ant. נו, nos. *Wee.*

Noscitabundus, a, um, Gel. 15. 14. ἐπιγνώς. *Knowing, desiring to know.*

Noscito, as, Plaut. ἐπιγινώσκω. *To desire to know, to consider to the end to know.*

Nosco, is, novi, tum, ere, (Scal. ad Var. antiquitus erat gnosco, cognitus, à γινώσκω, Scal. ll. nosco non

fuit

fuit primigenium, sed γνώσκω fuit γνόω, γνῶ, sed & nosco tanquam à noo ex νόω, Eust. ex νοέω νοήσω, &c. vide M.) γνώσκω, οἶδα. *To know, to be skilfull in, to discerne, to perceive.*

Noscor, pass. *To be, &c.*

Nosmet, nosipsi, nosmet ipsi, ἡμεῖς, ἀυτοι. *Our selves.*

Nosocomium, ii, n. g. Jun. νοσοκομεῖον. *An Hospitall or Spittle for the sicke or diseased.* ex νόσος morbus & κομεῖν curare.

Nosocomus, mi, m. Jeron. νοσόκομος. *The Masters of the Hospitall or Spittle.*

Noster, stra, strum. pron. pos. ex nos, νωΐ ἡμέτερος, νωΐτερος, ut à νῶϊ νωΐτερος, ita à nos noster, aliq. pro nostras. *Ours.*

Nostrapte, &c. Tert. *By our owne, &c.* Ter. nostrapte culpa.

Nostras, ātis, adjectiv. ex noster, μνδαπὸς. *Of our owne country or houshold.*

Nŏta, æ, fœmin. gen. (ex nosco, נס Aoth, cujuscunque rei signum) Nota signum quo aliquid noscitur; ut Græcis νόημα, ergo à notu vel à noto, M. nota pro cicatrice quæ est nota vulneris, stigma. item pro interpretamento quo aliquid explicatur, aliquando & reprehenditur. nota etiam est signum quo utebantur celeriter aut occultè scripturi, qui ex eo dicti notarii. notis scribere, διὰ σημείων γράφειν. Turneb. 14. 24. notis scribere exponit, vide & Isidor. cap 20. Sigma, σημεῖον, σύμβολον. *A note, a marke, a signe, a token, a spot, a defamation, infamy, rebuke, a note or abbreviation of that is read or written, a print, letter, behaviour, sort, fashion and praise.*

Nŏtābĭlis, le, ior. compar. Tacit. ἐπίσημος, ἐυγνώς. *Notable, knowne, to bee noted and marked as a great matter, soon and easily discerned.*

Nŏtābĭlĭtas, ātis, f. Plaut. *Excellency.*

Nŏtābĭlĭter, adverb. Plin. Jun. ἐπισήμως, ἐναργῶς. *Notably, evidently.*

Nŏtaculum, li, neutr. gen. Arn. *A marke.*

Nŏtamen, inis, n. g. Sil. *A marke note, signe,* vide Nomen.

Nŏtandus, a, um, particip. σημειωτός. *To be marked or noted, as a thing worthy remembrance, to bee touched.*

Notapeliotes, App. *The South-East winde.*

Nŏtaria, seu notariaca expositio est methodus quæ per notas quasdam sive characterum, sive linearum, vel punctorum divinis Scripturis vel appositas vel insertas verborum ac sententiarum ac latentium sensuum rationem demonstat. vide Sixtum Sentensem biblioth. sanctæ, l. 3. c. 1. ex Epiphanio, Hieron. Isid. &c.

Nŏtārium, ii, n. g. *A note or annotation.*

Nŏtārius, ii, m. g. γραμματεὺς, qui notis scribit. *A clarke, a notary that writeth instruments or pleas, a short writer,* vide Gloss. Isid. Jubulus, Mart. l. 14 Epigr. 117.

Nŏtārius, a, um, adj. Apul. *Worthy to bee reprehended, or pertaining to notes.*

Nŏtātio, ōnis, f. g. verb. à noto quæ est rei notatæ ex origine nominis significatio. Ramo nominis interpretatio, alio nomine etymologia à notando quod rem de qua prædicatur notam faciat, σημείωσις, σημασία, διαγνώρισις. *Noting, marking, consideration.*

Nŏtātor, m. g. Dig. γραμματεὺς. *He that noteth.*

Nŏtātorium, ii, n. g. Vitruv. *A marke or note.*

Nŏtātus, a, um, p. σημειωθεὶς, χεχαραγμένος. *Marked, noted, considered, observed, knowne, notorious, also written.*

† Noteo, Onom. notesco.

Notesco, is, ĕre. Propert. γνωρίζομαι, διαγνωρίζω. *To be knowne or made knowne, to become knowne or acquainted.*

Nothia, ōrum, n. g. Bud. à nothus. *Gifts or substance given to bastards.*

† Nothrōtes, νεθρώτης, torpilla sexinties.

Nothus, a, um. νεθὸς, Etym. ex νὴ privat. & θεῖος, id est, γήσιος, Eustath. ab ὀνώ id est, stupero, quasi ὄνοτος. vide Fung. copiosè hoc vocab. tract. *Base-borne, a bastard, not lawfull, counterfeit.*

† Notia, æ, Plin. Græc. νοτία, imber, humiditas, diluvium. *A precious stone falling downe with showres.*

† Notiæos, νωτιαῖος, Jul. Pollux. *Marrow in the backe-bone.*

Nŏtificatio, notificationis, fœmin. generis, Digest. γνώρισις. *A notifying.*

Nŏtificator, m. g. Cod. *Hee that giveth notice.*

Nŏtĭfĭco, as, avi, are. Ovid. γνωρίζω, δηλόω. *To notifie or make knowne.*

Notio, ōnis, f. Ovid. à nosco, ἔννοια, γνῶσις. *Knowledge, understanding, acquaintance, also a word or terme of art in Logicke,* νοημα.

† Notion, semper vivum, D. 4. 91.

Notĭtia, æ, f. Vitruv. νοησις, γνῶσις, ἱστορία, *Knowleage, understanding, also a register booke or breviary of all dignities,* item amor.

Nŏtities, Vitr. idem.

† Nŏtius, a, um. νοτιος, vel notinus. *Southerne and moist,* ex νότος auster.

Nŏto, as. (ex nota) σημειόω, διασημαίνω. *To note, to marke, to reprove, to accuse, to defame or put to rebuke; also to put in writing.*

Notor, pass.

Notor, ōris. qui aliquid notum facit, sed primario qui noscit aliquem, Sen Epist 9.

Nŏtoria, æ, f. g. Treb. in Claud. epistola, quæ aliquid notum facit, aut scriptum aliquod, ἐπιγραφὴ. *An information, ticket, a note of intelligence or notice.*

Notoria, ōrum, neutr. gen. plur, Paul. *Tokens or testimonies or accusations.*

† Notoria, ἀνάφορα, Gloss. al. notaria, νωτάρια. *A cushion or like thing on ones shoulders to carry burdens on, also an epistle or writing.*

Notoriè, adverb. δήλως. *Manifestly.*

Notorius, a, um. Paul. γνώριμος, προδηλος. *Notorious, manifest.*

† Notozephyrus, mascul. gener. App. νοτοζέφυρος. *The South-East winde.*

† Nottis, pro non vultis, P.

Notula & notella dim. ex nota.

Nŏtus, ti, m. Ovid. (auster Lat. dicitur νότος ab humiditate, quæ νότις apud Græc. al. παρὰ τὸ ὀνεῖν ἤγουν βλάπτειν, quod sit ventus qui facilè fructus, & corpora lædat. *The Southerne winde,* item dorsum.

Notus, ior, issimus. à nosco, γνωσθεὶς γνώστός, γνώριμος, ἔυδηλος. *Knowne, notorious, notable, famous, acquainted, also he that knoweth,* Plaut.

Novacula, æ, f. à novando, Scal. quod faciem quodammodo novam facit, al. à nova acie, ξυρὸς, ξυρίον. *A Barbers razor, a knife, also a kinde of fish.*

Novale, n. vel novalis, lis, f. Plin. novalis ager à novando, νεὸς, νεωμα, νεατης, Fest. novale, ager novæ relictus sementi: terra prosciss quæ anno cessat, Var. ager restibilis. *Land sowne every other yeare, or land newly eared to be sowne, new broken land or fallow.*

Novandus, a, um, p. Virg. *To be renewed or altered.*

Novans, tis, p. Virg. καινῶν. *Making new.*

Novatio, ōnis, fœm. gen. Virgil. καινισμὸς, νεωσις. *A renewing or altering.*

Novator, ōris, m. g. verb. à novo, Ovid. νεωτεριστὴς. *Hee that maketh a thing new, a renewer, an usurper or changer of state.*

Novātrix, īcis, f. Ovid. *Shee that reneweth.*

Nŏvātus, us, m. g. Au. idem quod novatio.

Nŏvatus, a, um, particip. νεωθεὶς. *Made new, renewed, changed, and altered.*

Nŏvè, adv. ad Her. καινῶς, νεαρῶς, νεωστί. *Newly, strangely, in a new sort or manner, contrary to the old fashion and custome.*

Novellæ, & novellæ constitutiones dict. quia post codicem erant, atque ita extremæ.

Novelletum, ti, n. Plaut. τὸ νεοφυτον. *A late growne Vine.*

† Novellitas, Tert. novitas.

Novello, as Suet. νεάω. *To till new ground, to plant new Vines.*

Novellus, a, um. dimin. à novus, νεόφυτος, νεοχμὸς. *Very new, young, tender, &c.*

Nŏvem, adj. indecl. plur. ἐννέα: (Canin. ex novus, νέος, ultimus, quia fit ultimus numerus, post enim fit repetitio priorum, ut scitur, & ab unitate in denario capitur initium, vide Bec. *Nine.*

Nŏvember, bris, masc. gen. à novem, quia nonus à Martio, qui olim apud Romanos ordiebatur annum, ber est productio vocis, νέμερτος, ἀνθεμερὶ ων. *The moneth of November.*

Novēnarius, a, um. Var. ἐννεταῖος, ἐννεάμοιρος. *Of nine.*

† Novendecies, adv. Fr. *Nineteene times.*

Nŏvendialis, le. ἐννεατικὸς. *Of nine dayes space or continuance.*

Novendium, ii, neutr. gen. ἐννέα ἡμεραι. *Nine dayes,* inde Novenus, a, um.

Nŏvenī, plural. distribut. à novem ex novo, ut ἐννέα ex νέα & ἐν: Etym. Var. *Nine.*

Novennis, ne, adj. Gloss. *Of nine yeares old.*

Novensilis, Var. LL. 4. Feronia Minerva, &c. vide propr. alii leg. novensiles deorum multitudo quibus pantheum dicatum est à novitate. *The nine Muses or the number of gods not named or unknowne,* Ac.

Novenus, a, um, adjectiv. à novem. etiam novena Poet. pro novem.

Noverca, æ, f. μητρυιὰ (Bec. q. νέα ἀρχὴ, id est, nova princeps, tum n. nova gubernatio œconomiæ incipit, vel ab hirciseo, id est, divido, intersepio, id est, nova familiæ divisio, ἐρυίζειν, ab ἔργειν, Fest. vel noverca dicitur quùm quis liberis sublatis novam uxorem ducit arcendæ familiæ causa, id est, coercendæ. Scalig. ad Fest. leg. arcendæ pro jungendæ, al. arcescendæ) *A step mother or mother in law, also hurtfull.*

Novercalis, le. Sen. μητρυιώδης. *Of a step mother.*

Novercalitere adv. & novercalitas, utraque à noverca.

Novercor, āris. μητρυίζω. *To play or doe like a step-mother.*

Novies, adverb. ἐννεάκις. *Nine times.*

Novilunium, ii, neutr. gener. Ap. νεομηνία, tempus quo nova luna fulgere incipit, Mar. *The New Moone.*

† Novimestris, est quod novem menses durat. *Nine moneths long.*

Noviſſimè, adv. Plaut. ἐσχάτως, ὕστατα. *At the last, finally, leastwise, and slowly, last of all.*

Nŏviſſimus, a, um. νεώτατος, ἔσχατος. *The last, the basest, &c.*

Nŏvĭtas, atis, f. g. νεότης, καινότης. *Newnesse or strangeness, novelty, new rising to worship or honours not by ancestours, alteration or change in estate.*

Nŏvĭter, adv. Plin. Jun. νεαρῶς, καινῶς. *Newly, lately.*

Novitii, ōrum, masc. g. νεώτεροι. *Novices.*

Novitiolus, parvus, novitius, Tert.

Novitius, a, um. νεαρὸς. *New begunne, come downe.*

Nŏvo, as. ex novus, νεόω, καινίζω, καινόω. *To make new, to renew, change, alter, to make otherwise than it was.* novor, pass.

† Novuncium. *The weight or measure of nine ounces.*

Novus, a, um. ex νέος, κάινος, νεαρὸς, aliqu. churus, novi soles, id est, verni dies, Virg. novis rebus studere. *To seeke, to alter the state of a kingdome, new, fresh, strange, great.*

Nox, ctis, f. g. ex νύξ, alii à nocendo, nox pro somno, nox æterna pro morte. nox animi, hoc est, ignorantia, cæcitas. Noctis partes sunt vesperа, crepusculum, prima fax, concubium, nox intempestа, ad mediam noctem, media nox. dimidia nocte, gallicinium, conticinium, & diluculum, vide Concubium. *Night, sleepe, darkenesse, a mist, also death.*

Noxa, æ. fœmin. gener. & noxia (ex nocendo, ut à neco nex.) ἀτη, βλάβη, ζημία, τὸ σφαλμα. *The offence or punishment and paine for the offence and trespasse, a fault or blame, Also hurt, damage, harme or mischiefe.*

Noxalis, le. ἐγκληματικὸς, ἀτιατικὸς. *Belonging to an offence, fault or punishment of a fault.*

Noxalis actio, Caius, βλάβης δίκη. *An action against the Lord for an offence done by his bondman or cattell.*

Noxatio, ἐυθύνα, Gl. M. correctio, multa, pœna.

Noxia, æ, f. g. Vide Noxa, ἀτιτα, culpa, maleficium. *Harme.*

Noxè, adv. Tert. *Harmefully.*

Noxietas, atis, f. g. *Harmefulnesse.*

Noxilis, le. βλαπτικὸς, noçens.

Noxior, us. comp. à noxius, Sen.

Noxiosus, a, um. Senec. ἐπιβλαβὴς, ἄτηρος. *Full of hurt, very hurtfull.*

† Noxit, pro nocuerit, Lucil.

Noxitudo pro noxa, Nonnius, ex Acerd.

Noxius, & noxior, comp, Senec. βλαβερος, ἄτηρος, ἐπιβλαβὴς. *Offensive, hurtfull, noysome, doing displeasure, found guilty and culpable,* qui noxam dat.

N ante U

N. V. In notis antiqu. non vis, vel non vocat, vel non valet, NUP. nuptias.

Nūbĕcŭla, æ, f. g. à nubes, νεφέλιον. *A little cloud, &c.*

Nūbens, tis, p. γαμηθεῖσα. *Being wedded or married.*

Nūbes, is, & nubis, is, f. g. Plaut. (ex νέφος ex נגן gnabath, גבים gabim, quod à densitate dicitur, Bec. ex nubo, nam nubes perpetuum operimentum, quamvis al. nubo ex nubes) νεφέλη, νέφος. *A cloud, a multitude together; Also adversity, trouble, a cloake, a cover; also a multitude that as it were cover and darken as clouds doe.*

Nūbidus, a, um. adj. Alc. νεφελώδης. *Cloudy.*

Nūbĭfer, a, um. Sil. νεφεληγερέτης. *That bringeth or causeth cloudes, cloudy.*

Nūbĭfŭgus, a, um. Col. νεφελολάστης, φυγονέφης. *That chaseth away cloudes.*

Nūbĭgĕna, æ, f. Col. νεφελογένης. *One engendred of a cloud, the Centaures are so called.*

Nūbĭger, a, um. adj. νεφελοφορος. *Bearing clouds.*

Nūbilar, āris, vel nubilarium, ii, n. Col. ὑπονέφιον. *An house whereunto corne is carried for feare of raine,* tempore nubilo, Var. 1. 13.

Nūbilis, le. ὁ καὶ ἡ ἐπιγαμος. *Mariageable.*

Nūbĭlo, as. & nubilor, atis. Dep. nubibus obscurare. Cat. ζοφόω, νεφελαίς σκεπάζω. *To make cloudy or darke, to make obscure.*

Nūbilō è, adv.

Nūbilosus, a, um. adj. Jun. νεφελώδης, ζοφώδης. *Full of cloudes, cloudy, rough, boisterous, stormy, and tempestuous.*

Nūbĭlum, li, n. g. Plin. τὸ νεφος, ὁ ζοφος, ἐκτρεπτικὸν. *A cloud, obscurity, darknesse, darke weather, also sadnesse or heavinesse,* nubilum tempus, nubes.

Nūbĭ-

Nūbĭlus, a, um, adj. Plin. nubilum, nubibus tectum, ζοφερὸς, ἀσύνετος, τερπνώδης. *Cloudy, also obscure, darke, heavy, sad, angry, displeasant, frowning.*

Nūbis, is, fœm. gen. Plaut. Vide Nubes.

Nūbitur, impersón. passi. vocis, Plaut.

Nūbivagus, a, um. *Passing or wandring among the clouds.*

Nubo, is, psi, & nuptus sum, ptum, ĕre. γαμέομαι, νυμφεύομαι, ex νέφος, nubes, & sponsæ dicuntur nubere quod capita velabant à חנה chanaph, Aven. Nubere est sponsæ caput velare flammeo, quod faciebant cùm ad sponsum deducenda esset, id quod noctu fiebat, hinc nubere est matrimonio jungi, de muliere. Sunt qui dicunt virum tum nubere quum servit uxori, seque illi subjicit quæ sibi parere debebat. nubere etiam dicuntur arbores vitibus, & vites arboribus, pro conjungi & implicari, vide Cal. *To be married, to take an husband, to bee wedded, properly of the woman, and sometime of the man, when it seemeth his wife is his master, also to cover.* nubsit pro magis usitato nupsit, Calv.

Nucamentum, ti, n. Plin. κύστα φος, ὅλος. *The long bud hanging downe in the nut-trees, and in sundry other trees,* ex nuce.

Nucella, æ, f. g. dim. à nux, Hier. *A little nut.*

† Nucerem, pronucem, ant. F.

Nucetum, ti, neutr. generis, Stat. καρύων. *A place where Nut-trees grow.*

Nuceus, a, um. Plin. καρυπρὸς, καρυώδης. *Of a nut.*

† Nucha, vox Africa, pro medulla, vide M.

Nucicula. *A little nut.*

Nucilla, idem.

Nūcifrangibŭlum, li, n. Plaut. ex nuces frangendo. *A nut cracker, a tooth.*

Nucipersica, æ, fœm. g. Mar. *A Peach.*

† Postaphæresis, gr. *Equation of times, or dayes, or spaces, by adding or substracting of minutes.*

† Postas, pro potestas. Plaut.

† Postbrachiale. *The back of the hand.*

Postea, adu. ἔπειτα, μετέπειτα, (ex postea.) *Afterward, hereafter.*

Poste'aquam, ἐπειδὴν. *After that.*

† Postello, quasi post sella, Isidw. antella.

† Postellus. *A drop.*

Posteridie, pro postridie. Ter.

† Postula, æ, fœm. *A crupper of an horse.*

Postergānĕus. *Behinde.* Aurel.

† Postergātor, verb. ex post tergo.

† Postergo, as, & or, pass. qu. post terga jacio. *To leave behinde, to cast back, not to regard.*

Postĕri, orum, m. μεταγενέστεροι, ἐπίγονοι, (ex posterus.) *They that succeed in blood, off-spring, posterity, children.*

Posterĭme, idem, qd. postremè.

Posterĭor, ius, comp. a posterus ὕστερος. *Slower, worse, inferiour, latter, worse.*

Posterĭtas, ātis, f. (ex posterus) ἀπόγονοι, μεταγενέστεροι. *Posterity, they that shall come after.*

Postĕrius, adv. comp. ὕστερον, ἔπειτα. *In time to come, afterward.*

Postĕro, as, (ex posterus.) *To shew himselfe worse.*

† Posterula, Am. *A back way.*

Posterus, a, um. ὕστερος: (ex post ut superus.) *That followeth after.*

Postes, plur. num. Vir. *Postes, piles, stakes.*

Postĭfero, fers, tŭli, lātum, ferre, Plin. ὕστερον νομίζω. *To shew himselfe inferiour or worse, to set lesse by.*

Postferor, pass.

Postfœnum, ni, n. Col. *Fog, or after-grasse of hay.*

Postfuit, Sal. *It was laid aside.*

Postgenitus, a, um, Hor. μεταγενέστερος. *Borne, bred, sprung into the world after.*

Posthia, sive crithe. *A swelling in the eye-lid like a barley corn.* Stup.

† Posthabito, as, Erasm. *To place, or set behinde.*

Posthăbĭtus, a, um, part. ὀλιγαρῶν. *Not regarded, little set by.*

Posthac, adverb. μετὰ ταῦτα, τὸ λοιπὸν. *From henceforth, after this, hereafter.*

Posthăbeo, es, ui, ĭtum, & or pass, ὀλιγωρῶ. *To set lesse by, to lay aside, to place behinde, to put back, to set at naught, or dis-esteeme.*

Postibi, Plaut. pro posteà, ut interibi pro interea.

Posthinc, adverb. ἐντεῦθεν. *Afterward.*

Posthŭmus, mi, ὄψιγονος, qui post humatum patrem natus est, quandoque qui postremo loco natus est, & est quasi postimus, vel postumus, formatur à post. ut intimus, ut origo, ita significatio dispar. Fung. *A childe borne after the fathers death: also the youngest childe or last borne.* Cal.

Posthŭmus, a, um. *Following or to come.*

Postica, æ, fœm. Amb. v. posticum.

Postica linea. Fest. *A line dividing the fields from East to West.*

Postĭcæ, ārum, fœm. Cornut. *The inward dores of the Temples, or Churches.*

Postĭcŭla, æ, fœm. Dim. à postica. Apul.

† Postĭcŭlum, li, n. Dim. ὀπισθόδομος. Plaut. *A little back-dore.*

Postĭcum, ci. n. Plaut. Πλαγία θύρα, (ex post & stando.) *A posterne-gate, a back-doore.*

Postĭcus, a, um, Liv. (quòd post nos est.) ὀπίσθιος. *That dwelleth on the back-side, that is behinde us.*

† Postidea pro postea. *Afterwards.* Plaut. al. leg. postidem al. post idem.

† Postifices judices, qu. judices posteriores, qui judicatas pœnas exequuntur.

Postўlĕna, æ, f. Plaut. ὑπουρὶς, ex post stando, quòd posteriorum jumentorum partem exornet. *A crupper of an horse,* à post ut anti leno ab antæ M.

† Postilio, ōnis, id quod postulatio apud Augures Var. Ill. 4. v. M.

Postilla, æ. *A Postill, a short exposition upon the Gospell, so called as I take it, because the Gospels begin most commonly with* post illa tempora, vel post illos dies.

Postillà, adv. Ter. post illa, μετὰ ταῦτα. *Afterwards, after that, also a postill, or small commentary.*

Postinde, pro post. Sueton.

Postis, is, m. παράσταις, παραστάθμις, postes dict. quod post ostia stent. al. à positu. *A beame of the side of a dore, a post.*

Postlĭmĭnĭum, ii, n. ἀνάπαλιν μῶμον, ex post & limen, postliminium, à postliminio receptus, dicitur is qui extra limina, hoc est, terminos provinciæ captus fuerat, rursus ad propria revertitur, vide Fest. *A return of one that was thought to be dead: also right of his former inheritance.*

Postmeridiānus, a, um, μεταμεσημβρινός, δείλινος. *Done in the after noone.*

Postmittō, is, īsi, ĕre: ὑπερβάλλοντος ποιῶ. *To leave behinde, to neglect.*

Postmŏdo, & postmŏdum: Liv. dict. est ex post & modò: ὕστερον, μετέπειτα. *Afterward.*

Postōmis, idis, f. Luc. ἐκ ὄπισθομα, ex στόμα os. *A barnacle set on a horse nose, to make him stand still.*

† Postpartores sunt nostri successores & hæredes, qui post nos, nostra adepti possident. Plaut. in Truc.

Postpono, is, sui, situm, ĕre, ὀλιγωρῶ. *To set behinde, to esteeme lesse, to omit or leave.*

Postpŏsĭtus, a, um. *Laide aside, &c.*

Postprincipium, ii, n. *The continuance of a thing after the beginning.* Var. Plaut. Ter.

Postpŭto, as, i, posthabeo. Ter.

Postquàm,

Postquam, adv. Ter. ἐπειδή. *After that, also for so much as, or because that.* Postque Plaut. idem.

Postremissimus, a, um, Gel. vide postremus.

† Postremitas, fœm. gen. vide extremitas.

Postrēmò, & postremum, & postremē, τὸ ὕστατα, τελευταῖον, ἐσχάτως. *Finally, last of all.*

Postrēmus, a, um, ex posterus, ὕστατος, ἔσχατος. *The last, worst, basest, also exceeding, extreme, utmost.* Hol.

† Postridea, i. e. postea, Plaut.

Postrĭdiè, adverb. & postridiò, Plaut. postero die. ὑστεραίᾳ, τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ. *The next day after.*

† Postridianus, a, um, postridiani dies ominosi, vid. Cæl. Rhod. lib. 4 cap. 9.

Postridiò, post tres dies, id.

Postscēnium, vel postcenium locus post scenam subductus aspectui spectatorum. Lucret. lib. 4. *A retyring place.*

Postvĕnio, is, vēni, entum, īre, Pla. ὕστερος ἔρχομαι. *To come or follow after.*

† Postulāmen, inis, neut. g. *A request.*

Postularia fulgura quæ sacrificiorum spretam religionem designant. vid. Fest.

Postŭlāta ἀιτήματα. *Things required, granted, or yeelded unto.*

Postŭlātio, onis, f. verb. αἴτησις, δέησις. *A request, a demand, a supplication, a complaint made to a prince or superiour.*

Postulationes, & postularia, sacra sunt quibus procurantur expiationes ostentorum, Scal.

† Postulātius, a, um, & postulatitius, a, um. *That requireth often, that is demaunded, sued for or requested.*

Postŭlātor, ōris, m. verb. αἰτητὴς, *A requirer, a complainer.*

Postulatōria fulmina quibus sacrificia intermissa, aut non ritè facta repetuntur, Sen. l. 2. qu. 49.

† Postulatrix, fœm. gen. Digest. *She that demandeth.*

Postŭlatum, ti, neut. gen. ἄιτημα, ἀξίωμα. *A request, a suit, a demand.*

Postŭlatus, us, masc. gen. v. Liv. id quod postulatum.

Postŭlatus, a, um, part. ἀιτηθεὶς. *Requested, also complained of.*

Postŭlo, as, Perot. ἀιτῶμαι, ἀπαιτέω, ἀξιόω. Ex porro & sto, qu. valdè sto, quod postulare sit rem debitam, aut justam petendo instare. Sipont. sunt qui à post, Postulo dict. volunt qu. post volo, al. à posco. Don. petimus precario, poscimus imperiosè, postulamus jure, obsecramus per sacra, flagitemus cum arrogantia, nec sine convitio. *To desire, to require, to demand or exact, to sue in the Law, to complaine of one: also to make intercession; to hope to complaine.*

Postŭmus, pro posthumus.

Pōtābĭlis, le. *That may bee drunke.*

† Potamium. *A kinde of boat.*

† Potamogeton, græc. Jun. quasi ποταμῶ γείτων, id est, fluvio vicina, herba fontinalis. *The herbe watergrasse.*

Pōtandus, a, um. ποτιζόμενος, Ovid. *To be drunke up.*

Pōtatio, ōnis: φιλοποσία. *A drinking.*

† Potatricula, vel potricula. Diminutiv.

Potator, ōris, m. verb. φιλοπότης, ποτής. *A great drinker, or lover of good drinke.*

Potatrix vel potrix. *A woman drinker.*

Potatus, us, m. Sen. *A drinking.*

Potatus, a, um. *That is drunken.*

Pŏtens, ior, issimus, a, um, à possum, quasi potis ens. ἰσχυρός, δύνατος. *That can, or is able to doe much, of great power, forcible, strong, puissant, valiant, effectuall, able.*

Potens, tis, subst. ens, id est, existens Potis, v. potis, δυνάστης. *Rich, a great man.*

Potentatus, us, m. Cel. δυναστεία. *Dominion, authority.*

Pŏtentèr, adverb. Horat. ἐρρωμένως, δυνατῶς. *Mightily, powerfull, effectually, forcibly, strongly, valiantly.*

Pŏtentia, æ, fœm. gen. ex potens, δύναμις, κράτος. *Might, puissance, force, ability, power, sway or authority: possibility, that is in power to doe or suffer, an hability.*

Pŏtentialitèr, adv. Liv. κατὰ δύναμιν. *Mightily, powerfully.*

Potentilla, æ, fœm. gen. Jun. dict. à potentia, id est, efficacitate insigni. *Wilde tansie.*

† Potento, as. *To domineere, or usurpe.*

† Poteratur, pro poterat. Non.

† Poteriotheca, ποτηριοθήκη, theca poculorum. *A place to set cups or glasses in,* M. ex Gloss.

Poterium, ii, neut. gen. Plaut. ποτήριον, poculum ex πίνω, est & poterium canalis, piscina. M. item herba.

Potessum, pro possum. Terent.

† Potestam pro potestatem. dicvet.

Pŏtestas, atis, fœm. gen. (ex possum, potes, quod potes stare ubi vult.) δύναμις, ἐξουσία. *Power, authority: also ability, opportunity, reason, counsell; also a Magistrate; also dominion, excellency, faculty.* Jun.

Potestates, Plin. δυνάσται. *Rulers, great magistrates.*

Potestatus, us, m. Quint. δυνασεία. *Might, power.*

† Potestativus, m. potestate positus, Bude. al. potestur.

† Potestetur pro potest, Lucr.

† Pothen, πόθεν, unde Plaut. pothen ornamenta, i. unde

Pothos, πόθος, cupido, herbæ genus quo sepulcra coronabant, Plin. 21. 11.

† Potica, dea potandi.

Potin' pro potisne, Terent.

Pōtio, ōnis, fœm. gen. (ex poto) πόσις, πόμα. *Drinking: also potions that Physitians use to give their patients,* potiens, v. potior.

Potio, is, potem seu compotem facio, Plaut. Amphit. Potivit eum vel eam, nunc potivit pater servitutis, id est, compotem fecit. *To make able or partaker.*

Pōtionatus, a, um, Suet. ποτιζόμενος. *Poisoned.*

Potiono, as, Suet. ποτίζω. *To give potion or medicine.*

Potionor, aris, Suet. *To have a drinke ministred unto him, to be poysoned.*

Potior, īris, ītus sum, īri: depon. (ex potio, vel ex potis deducitur, Calep. compos voti fio) κρατέω, ἀποτυγχάνω. *To have in possession, to obtaine: 2. ἀπολαύω, to envy, to conquer and get the upper-hand, to become Lord of: also to suffer and endure.*

Pŏtior, us, comp. κρείττων, βελτίων, ἀρείων. *Better, more able to doe, more welcome, more to be desired, fitter for.*

Potius, v. propr.

Pŏtis, te, (ex pos, alii à potio, cujus vis potens est, M. ex Pap. potens rebus late patens, unde potestas quod pateat illi quicquid vult.) δύνατος, δυνάμενος. *Able, good.*

Pŏtissimè Græc. Plaut. & potissimùm, adv. μάλιστα. *Specially, principally, chiefely, most of all.*

Potissimus, a, um, Plin. κράτιστος, ἄριστος, βέλτιστος. *The best, the chiefe of, the choyfest.*

† Pōtisso, as, ποτίζω. *To drinke a little and often.*

† Potistris, Jun. ποτιστρὶς. *The pot, or other things that birds drinke in.*

Pŏtĭto, as. frequen. Plaut. πολυπίνω. *To bi be or tipple, to drinke often.*

† Pŏtitor, ōris, masc. gen. *A possessour.*

Pŏtītus, a, um, part. à potior: Ovid. τύχων. *Enjoyed, obtained gotten, conquered, atchieved.*

† Potivit eum, id est, potitus est eo.

Potiuncŭla,

Pōtiuncŭla, æ. fem. dim. à potis; Suet. *A little potion.*

Pōtiŭs, adu. ἀρέστερον, potiore ratione. *Rather, more willingly, better.*

† Potniades, sunt quadrigæ, Virg. Georg.

Pōto, as, & potus sum, āre, atum, & potum, & part. ans, andus, (ex πίνω, vel ex potus, à ποτός, ex πώω) πίνω, διαπίνω. *To drinke: also to give drinke unto one.*

Pōtor, ōris, m. verb. Horat. vide potator, πότης, φιλοπότης. *A drinker.*

† Pōtōrium, ii, n. Plin. vide poterium: ποτήριον.

Pōtōrius, a, um. Plin. ποτήριος. *Of or belonging to drinke.*

Pōtŭlentus, a, um: Suet. μεθύων. *Any thing that may be drunke; also halfe drunke.*

Pōtūrus, a, um: Lucan. πώσων, πόμενος. *That is ready to drinke, or would faine drinke.*

Potus, us, um: πότος, ἡ ποτίς, πόσις, πόμα. *Drinke, also drinking.*

Pōtus, a, um: πεπόμενος, πεπωκώς: *That hath drunke.*

† Potyrij panes. *Horsebread.*

P *ante* R

PRÆ. VRB. præfectus urbis PRÆ. PRÆS. præfectus præsidii. PRIN. IVVENT. princeps juventutis. PROCOS. proconsul P. R. P. ER. prætor peregrinus P. R. S. prætoris sententia. Prætores. P. R. populus Romanus, P. R. prætor, ut est in notis antiquorum: PRÆ. VIGIL. præfectus vigilum. PRÆF. præfectus. PRID. NON. APR. pridie nonas Aprilis. PRID. KAL. vel K. pridie kalendas. PRON. pronepos vel proneptis. PRS. præses vel præsides.

† Practica, æ, f. g. πρακτική, ars quæ in rerum actione consistit, v. praxis.

Practĭcus, a, um: gr. πρακτικός, ex πράσσω, ago. Quint. activus. *Practising, active, morall, practicke.*

Præ, præp. serv. ablat. πρό Scal. ex πρεν, unde pri, præ, πρό & præ, Can. *Before, in comparison, in respect, in regard of, for, except, besides in:* ubi comparationem induit, valet, πρός παρά, item pro super: item ante; alii pro ob, pro præter, in aliq. redundat: præ me fero, præ te fers, præ se fert.

† Præa, æ, Hul. *A fishers boate.*

Præcipio, προλαμβάνω. *To preoccupate, to take before, or prepossesse,* Calep.

Præcceptio, πρόληψις. *The figure* prolepsis: v. Cal.

Præcĭno, is, ĕre: Cato. προθήγω. *To sharpen before, or to make very sharpe.*

Præcūtior, pass. Lucil.

Præcūtè, adu. Apul. *Very sharply, or wittily.*

Præcūtus, a, um: Cæsar. παγὺ ὄξυς. *Very sharpe.*

Prælatè, adu. Enn. ὑ'ψηλῶς. *Very highly.*

Prælatissimus, superl.

Prælatus, a, um: Liv. λίαν ὑ'ψηλός. *Very deepe, high or tall.*

† Præambulo, ōnis: m. Erasm. *Usher of the hall.*

† Præambulo, as: Bud. *To goe softly before.*

† Præambŭlus, a, um: i. antecambulans.

† Præaudio, Dig. *To heare before.*

† Præaudior, pass.

† Præauditor, Cod. *That, &c.*

† Præauditus, a, um. *Heard before.*

Præbenda, ōrum, n. dicuntur ligna & sal, quæ parochi legatis publicè missis præbere debeant: Gell. *Salt and wood, or any thing necessary provided for a magistrate, comming into any Country.*

Præbenda, æ, f. quæ præberi debeat non venire: Decret. Sixt. *A Prebend,* dignitas & cura.

Præbendārius, ii, m. Iust. *A Prebendary.*

Præbendārius, a, um: Pap. *Belonging to a Prebend.*

Præbendicula, æ. f. *A little Prebend.*

Præbendula, æ. f. dim.

Præbĕo, es, ŭi, ĕre: ex præ & habeo, φορέχω, παρέχω, παρέχομαι. *To shew or offer, to afford, to cause or serve to, to set before or give occasion, to use and behave himselfe.* Ostendo.

Præbĕor, pass. Ovid.

Præbia, orum: n. Fe. præbia Festo dicuntur curandi mali remedia, quæ curationis causa præbentur: à præbendo, at Varro à prohibendo, quòd mala prohibeant: Sc. in conjectaneis in Var. legit præbia à prohibendo: i. malum prohibentia, ἀλεξιτήρια. *Remedies against inchanting.*

Præbibo, is, ere. Ieron. προπίνω, *To drinke before, or to drinke unto.*

Præbitere, ex præ & bere, ut & combito, imbito, perbito, rebito: Sc. idem qd. prætetire, aut perimere: Pla. *To compasse or goe by.*

Præbĭtio, ōnis, f. verb. πρόσις παρέχω. *A giving, a shewing, a setting before one.*

Præbito, as, pro præbeo, à præ & simplici betere, bætere, seu betire, & bitire: Vet. dixerunt βαίνω, v. Sc. in Fest. & Var. præbito, pro prævenio: Taub. *To put to death, also to passe by.*

Præbĭtor, ōris: m. verb. πάροχος, χορηγός, προέξης. *A giver, a purveiour, a provider.*

† Præbĭtus, a, um. Col. προειδείς, χορηγηθείς. *Given, shewed, set before.*

Præcalveo, es: Fest. *To be bald before.*

Præcalvĭcies, ei, f. Bud. *Baldnesse before.*

Præcalvus, a, um. Suet. ὑπερόπιθεν φαλακρός. *Bald before, very bald.*

Præcantātio, ōnis, f. Quint. γοητεία. *A singing before, a charming, an inchanting.*

Præcantator, ōris: m. Gloss. *He that singeth before.*

Præcanto, as: Lucret. γοητεύω. *To sing or charme:* leg. & præcantor.

Præcantrix, & præcantatrix, ĭcis, f. verb. ἐπῳδός, *A Sorceresse.*

Præcānus, a, um. Horat. ὑπέρωος πόλιος. *That hath a hoary head before he be old, very hoary.*

† Præcăpes, præcĭpes, veter. id quod præceps. Fest.

Præcārus, a, um: Terent. πολυτελής. *Very deare.*

Præcăveo, es, āvi, cautum, ēre: & part. ens. προφυλάττομαι. *To provide that a thing happen not, to beware before hand, to be very circumspect.*

Præcăveor, pass. Quint.

† Præcautio, f. Gorth. *A preventing.*

Præcautor, ōris: m. verb. προφυλάκτης. *A man that taketh head, or provideth for a thing before hand, before it come to passe, a foresteer.*

Præcautus, a, um. part. προφυλάξθεις. *Foreseene, provided against.*

Præcēdens, tis: p. Hor. *Before going, out passing.*

Præcēdo, is, di, sum, ĕre: antecedo: Vir. προάγω, προέρχομαι. *To goe before, to take place, to outgoe, to surmount, to be more excellent.*

Præcĕler, hæc ĕris, hoc ĕre: Plin. μέγα ταχύς, λίαν ὤκυς. *Exceeding swift, very quicke and nimble.*

Præcelerātio, ōnis, f. Aug. *Making of haste.*

Præcelero, as: Stat. προτρέχω. *To runne or make haste, to make post haste.*

Præcĕlĕror, pass. Liv.

Præcellens, tis, ior, & issimus, a, um: ὑπερβάλλων. *Exceeding, surmounting.*

Præcello, is, ŭi, sum, ĕre. Plin.

ex præ & cello, quo vet. utebantur pro cedo, cello κάλλω, ex קלל calal: levis fuit, celluit (notat enim κελλωαίνησιν τὴν ἀγὼ) διαφέρω, περίχω, ὑπερέχω. *To surpasse, or be much better.*

Præcellor, pass. Tacit.

Præcelsus, a, um, ὑπερμήκης. *very high, very softly.*

† Præcendo, is, Bud. *To inflame with desire, anger, love, &c.*

† Præcentio, ōnis, f. verb. à præcino, προοίμιον. *The beginning of a ballet, the onset of a song.*

Præcentor, ōris, m, Iun. χορεστάτης qui χορὸν ἵστησι. *He that beginneth the tune, the chanter.*

Præcentorius, a, um, *That beginneth the song.*

Præcentrix, icis, f. Frag. Poet. *She that singeth first.*

† Præcentus, vel præcantus. *A singing before.*

Præceps, ĭpĭtis, & præcipis, pe, adj. (ex præ & caput: al. ex præ & capio: Sipont. παρακρήμνος, κρημνώδης, προκάρηνος, olim præcipites qui prono capite feruntur, qu. præ capite, præcunte capite,) *Headlong, steepe downe, dangerous to climbe up, quicke, sudden,* προπετὴς: *heady, haire-brained, unadvised, indiscreete, exceeding hasty, rash, foolehardy; also drawing to an end, violent, fierce*: præcipites palmites, dict. qui de hornotinis enati in duro alligantur: v. M. ex Col. 55.

Præceptio, ōnis, f. verb. ὑπόθεσις. *An instruction, a precept, a warning.*

Præceptīvus, a, um: Senec. δογματικός. *Of, or belonging to precepts.*

Præcepto, as, freq. à præcipio, πολὺς ἐντέλλομαι. *To give charge or commandment often*: Fest.

Præceptor, ōris: m. (ex præcipiendo,) καθηγητὴς διδάσκαλος, παιδεύτης, διδάσκαλος. *A master, a Tutor, an Instructor, a Teacher.*

† Præceptōrius, a, um: adj. ex præceptus: *Commanding.*

† Præceptrix, icis, f. ἡ διδάσκαλος, καθηγητὴς. *A mistresse shee that teacheth.*

Præceptum, ti, n. sive præceptio pro scripturâ sive instrumento. παράγγελμα, προστάγμα, τὸ ὑφηνόν, ὑπόθεσις. *A rule, commandement, or precept, an advisement, a lesson.*

Præceptus, a, um: ante captus, Liv. Προειλημένος. *Overtaken, prevented.*

† Præcerno, is. *To foresee.*

Præcerpo, is, psi, ptum, ĕre, ex præ & carpo. Προδρέπομαι. *To gather, to pull before another, to take from.* leg. & præcerpor.

† Præcertātio, ōnis: f. ad Hier. Πρεγάιων, ῶνος. *The onset, the beginning of a skirmish, or triall of masteries.*

Præchārus, a, um. Plin. ὑπέρφιλος. *Dearely beloved.*

† Præcia, æ, m. ex præ & cieo, vide Fest. *One that was sent by the high priest to forbid the people to work while he was sacrificing.* vide præciamitores.

Præciamitores, dicebantur qui Flamina in Diali antecedebant, clamantes ut homines se ab opere abstinerent, quia hunc opus faciendem videre religiosum erat. Fest. al. leg. præclamitores: Scal. præciæ metatores dicuntur, &c.

Præcīdāneus, a, um: & præcidārius, a, um: Var. (ex præ & cædo, quòd cædi seu immolari solet: Gel. 4. 6. præcidaniæ hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solemnia pridiè cæduntur: Scal. ex præ & cædo: Mar. Vict. præcidaria (non præcidanea) Præcidanea agna, quæ ante alias cædebatur; præcidaneæ feriæ, quæ solennes legitimas ferias præcedebant, Præcidanea porca dicebatur quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo justa non fecisset, id est, glebam non objecisset: quia mos erat eis id facere priusquam novas fruges gustarent. Fest. præcidaneus idem quod præcidendus, v. Gell. 4. 6. προθύμιος. *That which goeth before, or that which is cut or killed before.*

Præcīdo, is, di, sum, ĕre: (ex præ, i. ante & cædo: h. e. antè immolo: ponitur aliq. pro duré negare; præcidi os dicitur, quum bene pulsatur: ἐκτέμνω, ὑποκόπτω. *To strike or chop off, to prevent, to take away cleane, to cut a little before; also to note and tell what points he will speak against, to deny stiffely:* leg. & præcidor.

† Præcinctio, ōnis, f. Gloss. *A girding about or before.*

† Præcinctōrium, ii, n. Jun. περίζωμα. *An apron or kirtle.*

† Præcinctūra, æ. f. Macrob. περίζωσις. *A girdle, or girding, or environing.*

† Præcinctus, us, masculin. gen. Non. *An apparell fitted to halfe the body.*

Præcinctus, a, um. Plaut. περίζωστος. *Closed in round about, or environed.*

Præcingo, is, xi, ctum, ĕre: Ovi. διαζώννυμι. *To gird about, to compasse and close in before: also to make himselfe ready.*

Præcingor, pass. Virg.

Præcĭno, is, ŭi, entum. ĕre: ex præ & cano, προᾴδω. *To sing before, to propheste:* leg. & præcinor *To begin, to sing, to tell before.*

† Præcio, is, ire, idem quod proclamo, Fest. v. præcia.

Præcĭpio, is, ēpi, ptum, ĕre: ex præ & capio. προλαμβάνω. *To prevent or take first:* παραγγέλλω, *to give charge,* καθηγέομαι; *to teach, to give counsell, to advise, to imagine, and conceive in minde before hand; to foresee, to command.* Item monere, instruere, docere.

Præcĭpitans, tis, particip. *Casting downe headlong, hasting without discretion, rashly, unadvisedly.*

Præcĭpitantia, æ, f. Gl. καταρρήμνισις προπέτεια. *A tumbling or rolling downe from an high place, also rashnesse, or doing of a thing rashly or unadvisedly.*

Præcipĭtantior, us, comp. adi. Apul. *More violent.*

Præcĭpĭtātio, onis, femin. gen. verb. Sen. προπέτεια. *A casting downe headlong, too much rashnesse in doing a thing.*

Præcĭpĭtātor, ōris, m. Quint. κρημνίζων. *He that tumbleth.*

Præcĭpĭtium, ii. n. g. locus præruptus unde præcipitari facilè quis potest, ἀπόκρημνον, ἀπότομον. *A steepe downe place.*

Præcĭpito, as: & or, aris, pass. ans, atus, andus, part. in præceps deijcio, κρημνίζω, καταράσσω, ῥίπτω. *To cast, hurle, or throw downe headlong, to overthrow, to draw to an end, to doe rashly, to runne downe violently.*

Præcĭpĭtur, imp. *Instruction is given.*

Præcĭpuè, adv. præcipuo modo; μάλιστα, ἐξαιρέτως, προχείρως. *Peculiarly, principally, chiefely.*

Præcipuus, a, um: (ex præcipiendo) quod præ, i. prima capit; ἐξαίρετος, προχείρετος, κράτιστος. *Chiefe, the choyce, principall and peculiar, speciall, soveraigne, above all things:* vel quod præ aliis capitur.

Præcīsè, adv. gr. κομψευόμενος, ζωπυρικῶς. *Briefely, stiffly, compendiously.*

Præcīse, κομψευόμενος rigidè, ut cum præcisè alicui negare quippiam dicimur, præscindentes scil. omnem spem obtinendi. M. Bud.

Præcīsio, onis, f. verb. à præcido πρόληψις, διακοπή. *Abreviety in writing or speaking*: also a cutting off.

Præcīsum, si, n. Lucil. *A part of the entralls.*

Præcīsum, dicitur pars carnis & viscerum, hoc est circa quod viscera involuta sunt, quod oras circumcisas habeat. Non. Item præcisus pro impudico & mulierbria patiente. Senec.

Præcīsus, a, um: ex præcido; ἀποκόπτω

ἀποκεκομμένῳ, ἀποτετμένῳ. *Cut off, taken away, succinct, short.* Item, præcisus, metaphora inde (ut opinor) tract. quòd quæ præcisa sunt, ea sunt justo concisiora & breviora, indeque obscuriora, &c. v.

† Præcius, a, um: Jun. ut vinum præcium. *Wine of the first Vintage.*

Præclāmĭtātio, ōnis, f. Liv. *A crying before.*

Præclāmĭtātor, ōris, masc. Fest. κηρυξ πρόσω. *A cryer before.*

Præclāmito, as, κηρύττω πρόσω, & Proclamo, as; ante clamo. *To cry before.* Calep.

Præclārè, adv. & præclariter, Jun. idem. κεκραγότως, ἐνδόξως. *Very excellently, or honourably.*

Præclārus, a, um: & præclarior, us, ὑπερευθής, ἔνδοξος, πολυκλεὴς. *Very cleare and bright; ἐνδόξος, πολυκλεὴς. Passing, excellent, singular good, noble, renowned, famous.*

† Præclāvium, ii. n. g. Non. pars vestis quæ ante clavum texebatur. *A part of the Senators garment called* Latus clavius.

Præclūdo, is, si, sum, ĕre. ἀποκλείω ἐίργω. *To shut or ram up, that one cannot enter or passe, to stop.*

† Præcluens, ntis, adj. Prud. *Excellent.*

† Præclues, valdè clarus, & inclytus, ex clueo celebris sum.

Præclusus, a, um: part. ἀποκλεισθεὶς. *Stopped before, shut.*

Præco, ōnis, m. g. κήρυξ, κλήτωρ; (præcones á præcinendo dicti) quasi præcanes, quod ante canant & annuncient quod est faciendum. *A common cryer, a publisher, and setter forth of things, also a preacher, a proclaimer.*

† Præco feralis, Jun. *The bellman, or he that goeth before a corps ringing a bell in his hand.*

Præcoctus, a, um: part. Plin. προεψημένος. *Too much sodden before, very ripe and mellow.*

Præcogĭto, as προνοέομαι. *To thinke of before:* Quin.

Præcognĭtus, a, um. Plaut. προεγνωσμένῳ, προεγνωσθεὶς. *Knowne or understood before, acquainted withall before.*

Præcognosco, is, nōvi, ĭtum, ĕre, προγινώσκω. *To know before, to prepare, to trimme or decke before.*

† Præcŏlo, is, ante colo. id est, orno, apparo, honoro. M. ex Gloss.

Præcompŏsĭtus, a, um. Ovid. προεπισκευασμένῳ. *Fashioned before, prepared.*

† Præconatus. *An extolling in publike.*

Præconceptus, a, um, Plin. προειλημμένῳ. *Conceived or taken in hand before, gotten with childe before.*

Præcŏni, as, & præcono, as, Iræn. prædicare, annunciare. *To preach, to proclaime, to denounce.*

† Præconĭlo, as, antiqu. *To cry in the market as the Bellman doth.*

Præcōnium, ii, n. (ex præcone, quoniam ab eo res gestæ etiam pronuntiari solent, ideo quandoq; pro laude, fama & gloria sumitur, cum scilicet aliquis laudatur à genere aut virtutibus, cæterisve bonis animi, aut corporis, aut fortunæ, κήρυγμα, ἀνακήρυξις. *A solemne cry, the cryers office, also praise, commendation, report.*

† Præcōnius, a, um. *Of or belonging to* præco.

† Præcono, as Gloss. *To play the Cryer.*

Præconsūmo, is, ĕre, Ovid. προαναλίσκω, προδαπανάω. *To waste or spend before.*

Præconsūmor, ĕris, pass. Ovid.

Præconsumptus, a, um. p. Ovid. προαναλωθεὶς.

Præcontrecto, as, Ovid. προψηλαφάω. *To handle before: also to view and consider before.*

Præcontrector, pass. Sil.

† Præcŏquis, præcoque, vide præcox.

Præcŏquo, is, xi, ctum, ĕre. Plin. προὐργου πεπαίνω, προπέσσω: ante tempus suum vel præmaturè coquo: aliq. ponitur pro valdè vel nimis coquere. *To boyle or seethe before, to make ripe before.*

Præcŏquor, pass. Plin.

† Præcŏquus, a um, Col. προώριος. *Ripe before time.*

Præcordia, ōrum, n. plur. αἱ φρένες, τὰ πρόκαρδια, ὑπαχόνδρια, (quia cordi prætenduntur, Plin. sunt loca cordi vicina quibus sensus percipitur, dicta quòd ibi sit principium cordis & cogitationis, Isid.) *The midriffe separating the heart and lungs from the stomacke, the liver and other howels, the parts about the heart, also the minde, inward cogitations: also the entrals or bowels:* diaphragma.

Præcordiālis, le, adj. Erasm. *Unfained.*

Præcorditer, adv. *Unfainedly.*

Præcorrumpo, is, ĕre, Ovid. προδιαθείρω. *To corrupt before, to seduce.*

Præcorrumpor, pass. Stat.

Præcorruptio, ōnis, f. Tert. *A corruption before.*

Præcorruptus, a, um, part. Ovid. προδιαφθαρτός. *Corrupted before, &c.*

Præcox, ōcis, adj. Plin. (ex præ & coquo, quod præter & ante cætera coctum est) πρόκαιμος, πρόωρος. *Soone or timely ripe, also over hasty or untimely forward.*

Præcrassus, a, um, Plin. ὑπέρπαχυς. *Very grosse or thicke.*

† Præcrudus, a, um, adj. Col. *Very raw.*

† Præcŭdo, is, Pap. *To coyne before.*

† Præculco, as, Hu. *To tread before.*

† Præcultè, adv. Sid. *Very trimly.*

Præcultus, a, um. προεργασμένῳ. *Very trimme: also laboured, plowed or tilled before.*

† Præcumbo, is, Gel. *To lye against or before.*

Præcupidus, a, um. Suet in August. 71. *Very desirous.*

† Præcūrātio, onis, f. Quint. *A bespeaking beforehand.*

† Præcurātor, ōris, m. g. *An harbenger.*

† Præcūro, as, Bud. *To regard before.*

Præcurro, ris, ri, sum, ĕre, & ens, p. προτρέχω, προδρέω. *To runne before, to goe before quickly, to prevent, to excell.*

Præcursio, ōnis, f. προδρόμος, προθεσις. *A going or running before.*

Præcursor, oris, πρόδρομος. *A foremessenger, forerider, or forerunner.*

Præcursōrius, a, um. adj. Am. M.

Præcursus, us, m. Plin. idem qd præcursio.

Præcurvus, a, um. Plaut. ἐπικυρτός. *Very crooked before.*

Præda, æ, fem. g. λεία, λῆλασία, ἄγελα, Var. est ab hostibus capta, quasi parida, quod sit manu parta, Sip. ex præ do, quod ea quæ per vim auferimus sint antedatum, h. e. antequam dentur à possidente.) *A prey, a bootie or a spoyle, pillage: Also an earnest in bargaines,* Cal.

Prædābundus, a, um. Sal. λῃστρικὸς ἀγωγῶν. *That liveth by spoyling, robbing, and preying.*

† Prædabĭlis, le, habilis ad prædandum.

Prædāceus, a, um. Gel. λεηλατικὸς, λῃστικὸς. *Of or belonging to a prey.*

† Prædamnatio, Digest. *A verdict before judgement.*

Prædamno, as, Liv. προκαταδικάζω, προκαταγνώσεως. *To condemne or give judgement of before.*

Prædamnor, legitur.

† Prædārius, præbens auxilium spe prædæ, Glos. *One that helpeth in warre, in hope of prey or booty.*

Prædātio, ōnis, f. g. *A robbing, a stealing away of meate.*

Prædātivus, a, um. Gel. idem qd. prædaceus, ex manubiis, id est, ex pecunia prædatitia, Calep. ex Gell.

Prædātor, ōris, m. à prædor, λαφυραγωγός, λῃστής. *A robber, a piller, a fortager.*

Prædātōrius, a, um, Liv. λῃστρικός, λῃστῶν. *Of or belonging to robbing or piracy.*

Prædātrix, īcis, fœm. Stat, λῃστρίς, *Shee that robbeth, or seeketh for a prey.*

Prædatum, ti, n. Vopisc. *Freebooting, pillage.*

Prædātus, a, um, part. λελῃσμένος, συλήσας. *That hath spoyled, loaded with spoyle.*

Prælelassō, as, Ovid. προκαταπονέω. *To make weary or faint before.*

Prædensātus, a, um. Plin. *Made very thicke.*

Prædensō, as, Gloss. *To make thicke.*

Prædensor, pass. Stat.

Prædensus, a, um. ὑπέρπυκνος. *Very thicke.*

Prædes, Digest. ex præs plur. satisdatores, loeupletes, pro re de qua apud judicem lis est, vide Cal.

Prædestinātiāni, ōrum, Hincmarus, Prosper, Sigebertus, &c. *A kinde of Heretiques that held fatall predestination of every particular matter person or action, and that all things came to passe, and fell out necessarily, especially touching the salvation and damnation of particular men: and that* omnia fiunt fato.

Prædestinātio, onis, προορισμός. *A fore appointment, predestination.*

Prædestīno, as, προορίζω, προκαταστέλλω. *To ordaine before what shall come after.*

Prædestīnor, pass. Hier.

Prædiālis, le, adj. *Of chattels personall.*

Prædiānus, a, um, & prædiarius, a, um, id quod prædiatorius.

Prædiātor, ōris, m. χωρίογομος (ex prædia; prædiatores enim dicuntur periti juris ad prædia pertinentis) *A man of law, expert in cases concerning lands; a farmer, one that hath* prædium, *or buyeth* prædia.

Prædiatōrius, a, um. περὶ χωρίων. *Of, or belonging to lands, to* Prædia.

† Prædiatus, ti, prædiorum deus.

Prædiātus, a, um. *That hath good land.* Apul.

Prædicābilis, le, κηρύγματος ἄξιος. *That may be told, or spoken of abroad.* Logicis prædicabile, κατηγόρημα, quod pluribus attribuitur.

Prædicāmentum, ti, n. κατηγορία. *A predicament in Logicke.*

Prædicātio, ōnis, f. Plin. κήρυξις. *Publishing, or open declaring, a praysing, or vaunting.*

† Prædicātivus, κατηγορικός. *A terme in Logicke.*

Prædicātor, ōris, m. κηρύσσων. *A publisher or open reporter, a prayser, a preacher.* Cic.

Prædicātum, ti, n. κατηγορούμενον, dialectici vocant quod de subjecto dicitur.

Prædico, as: & p. ans ἀναγορεύω, κηρύττω, (apertè seu publicè dico, ex præ & dico, celebro, vulgo, laudo. *To divulge, to report, to publish, to noise abroad, to vaunt, to praise.*

Prædīco, is, xi, ctum, ĕre, & p. eus, a præ, ante vel prius, & dico, προλέγω. *To tell of a thing before it doe come to passe, to foretell, to prophecy.*

Prædīcor, āris, pass.

Prædīcor, ĕris, pass. Quint.

Prædictio, ōnis, f. verb. προγνωσις, προφητεία. *A prophesie, a foretelling of a thing.*

Prædictum, ti, n. τὸ προειρημένον, προόφθεγμα. *A prophesie of a thing foretold.*

Prædictus, a, um, part. προειρημένος. *Foretold, prophesied.*

Prædiŏlum, li, n. dim. χώδιον. *A little farme or manner.*

Prædīsco, is, didĭci, ĕre. προμανθάνω. *To learne and understand before.*

Prædīscor, pass. Quint.

Prædītus, a, um, ὁ ἔχων, λαγχάνων, διατεθεὶς, ex præ & datus, vel donatus, Peior. ex præ & eo, qui aliqua re alios præit.) *Endued or adorned with, given or set unto, also the same that* affectus, Calep.

Prædīves, ĭtis, adj. Plin. ὑπερπλούσιος. *Very rich and plentifull.*

Prædivīnātio, ōnis, f. verb. Plin. προμαντεία. *A foretelling or ghessing of things to come.*

Prædivīnator, oris, m. Tac. προφήτης. *He that divineth before.*

Prædivīno, as, Plin. προμαντεύομαι, προδιαιτάω. *To divine or gesse of a thing to come, to foreknow, to foresee.*

Prædivīnus, a, um, Plin. ὑπέρθεος, ζάθεος. *Very godly, foretelling.*

Prædium, ii, n. g. χωρίον, κτῆμα, prædia dicta, ut præes, à præstando: quòd ea data pignori publicè mancupes fidem præstent, Var. vel quòd ab omnibus patrisfamilias maximè prævidetur, id est, apparet, quasi prævidium, vel qd antiqui agros, quos bello ceperant ut prædæ nomine habebant, vide Isid. alii à prius dando, sive valdè dando.) *A possession, or inheritance, a farme.*

Prædo, ōnis, m. à præda qui prædam facit, λῃστής, πειρατής. *A robber, a spoiler, a theefe, a pillager, a pirate, also any unjust possessour.* Calep.

Prædŏceo. *To teach before.*

Prædŏmo, as, ŭi, ĭtum, āre, Sen. προκαταμάζω, προκαταπονέω. *To mitigate, to tame, to assuage before.*

Prædŏmor, aris, pass. Ovid.

† Prædōnius, a, um. Hottom. *Belonging to* prædo.

† Prædonŭlus, li, m. Cat. *A little robber, a petty theefe.*

Prædor, āris, dep. λῃστεύω, λῃζω, λελατεύω (sive prædo ante do) quod ea quæ per vim auferimus fiunt ante data, hoc est, antequam dentur à possidente, Sipont. à præda, legitur & prædo, as, *To rob, to spoile, to poll or pill.*

Prædūco, is, xi, ctum, ĕre, προάγω, προεκτείνω. *To lead or cast before, to esteeme better.*

Prædūcor, pass. Ovid.

† Prædūctal, παραλληλόγραμμον, Gloss. ἂν prædūcta, scil. linea. vide M.

Prædulcis, e, Plin. πάνυ γλυκύς. *Very sweete or pleasant.*

† Prædūrātio, f. Aug. *An hardning before.*

Prædūrātor, Aug. *He that hardneth before.*

Prædūro, as, Plin. ὑπερσκληρύνω. *To make very hard.*

Prædūror, pass. Stat.

Prædūrus, a, um. Virg. ὑπερσκληρός, σκληρότατος. *Very hard, also strong.*

Prælectio, ōnis, προαίρεσις. *A chusing before.*

Prælĭgo, is, προαιρέομαι. *To chuse before.*

Præeminentia, æ, fem. Aug. *Honour.*

Præco, is, īvi, ītum, īre, πρόκηρυμα, προκαθίπτομαι. *To goe before, speake, read, say, or tell before, to shew the way.*

Præfācilis, le, Plaut. πάνυ ῥᾴδιος. *Very easie.*

† Præfācio, is, pro præfero: ut præme facio, i. præme fero. Cal. ex Quint.

Præfans, tis, Liv. *Speaking, or solemnly reciting before.*

Præfāri, προλέγειν, ante fari, proloqui, προομιλεῖν, præfari divos, id est, invocare, præfari hono-

rem

rem dicimus, quum rem non satis honestam dicturi, aliquot verbis præmissis mollimus, quod alioqui judicis auribus indignum esset. *To speake before.*

Præfaris, ātis, fum, āri, προλέγω. *To speake or say before.*

† Præfascinus, πάνυ βάσκανος id est, omnino fascinator, M. ex Glos. Phil.

Præfātio, ōnis, f. πρόλογος, προοίμιον. *A preface, a thing spoken, or written of before.*

Præfatus, a, um. exp æfor, oratione affatus, ante fatus: præfatus divos Virg. id est, precatus: nam antequam verba in senatu vel concione facerent, deos precari solebant. *To speake before.*

Præfectianus, a, um. apparitor præfecto prætorio. Ammi. l. 7. *An Apparitor, Pursevant or Sergeant.*

Præfectōrius, a, um. Digest. *Of or belonging to the state of a Ruler.*

Præfectūra, æ, f. ἐπαρχία ὑπηρεσία ὑπήκοος, officium præfecti, & regio quam præfectus administrat. *A Lieutenantship, authority, an office, also a certaine place or limited compasse of land inhabited, and under some certaine jurisdiction,* vide Fest.

Præfectus, ti, m. (qui rei alicui præficitur) ἔπαρχος, προστάτης. *A governour or ruler, a deputy, or lieutenant, a provost or master, an overseer or president.*

Præfericulum, li, n. Fest. *A great bason carried before him that did sacrifice, or that was used in sacrifice.*

Præfĕro, ers, tŭli, lātum, ferre, προφέρω, προτίθεμαι, πρόκειμαι. *To beare before, to preferre, to esteeme, or account more of: also to have the shew of a thing, to spread.*

Præferor, pass. Salust.

Præfĕrox, ōcis, adj. Liv. πάνυ χαλεπὸς καὶ ἀγρίος. *Very fierce and hasty, very cruell and fell, very eager and sharpe.*

Præferrātus, a, um. Plin. σιδηρόστεπτος καὶ ἔκφυτος. *Pointed or shod with iron: also that is bound with iron.*

† Præferro, as, Gl. *To point with iron.*

Præfertĭlis, le, Col. *Ranke, also that springeth up timely.* Prud.

† Præfertor, præceptor, ἀφάρπαξ, ἁφαπτής.

Præfervĭdus, a, um, Col. ὑπέρθερμος, πάνυ ζέων. *Very hot, scalding or scorching hot.*

Præfestĭnātē, idem quod festinanter, ὑπερσπουδαίως. † Præfestĭnātim, adverb. Sisen. & præfestinè, Plaut. πάνυ ἐσπουδασμένως. *Very hastily, in post haste.*

Præfestinātio, ōnis, f. Aug. *An hasting.*

Præfestĭnātus, a, um, part. vel nomen. ὑπερσπουδασμένος. *Done too hastily, or too soone.*

Præfestĭno, as, Col. προσπεσεῖν, προτρέχω. *To make post haste, to hast before due time.*

Præfestĭnor, aris, pass. Ovid.

† Præfibŭlo, as. *To buckle before.*

Præfica, æ, fem. g. Plaut. ἡ ὀρηνέτις (Fest. præficæ mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quare dant cæteris plangendi modum quasi in hoc ipsum præfectæ. *A woman hired to lament at other buriall, going before the corps.*

Præfĭcio, is, ēci, ectum: ĕre, ex præ & facio, ἐπιστήσω, προστάσσω, ὑπηρετέω. *To give rule, to put in authority, to make or appoint overseer and chiefe duer.*

Præfĭcior, pass. Liv.

Præfĭdo, is, di, sum, ĕre, ens, ὑπερπείθειν, ἐντυχεῖν. *To trust very much, to have a great confidence.*

Præfigo, is, xi, xum, ĕre, Virg. προπήγνυμι. *To fasten, or sticke before, to shut up.* Item præludo.

Præfigor, pass. Liv.

Præfigūro, as, fact. ὑποτυπόω. *To represent before, by any figure.*

Præfigūror, pass. Aug.

Præfindo, is, προσχίζω. *To cleave before.*

Præfingo, is, Buil. *To faine before.*

Præfīnio, is, ivi, itum, īre, προορίζω. *To determine before, to appoint how much shall be done.*

Præfinītē, adv. διωρισμένως. *By measure precisely.*

Præfinītio, ōnis, f. Jul. προορισμός. *An appointing.*

Præfīnītō, adv. Terent. προωρισμένως. *By appointment, by measure.*

Præfīnītus, a, um. προωρισμένος. *Appointed before, determined.*

Præfiscīnē, vel præfiscini, Scal. præfiscīni ἀβάσκαντος, quasi ante fascinum, vel ad amoliendum βάσκανον, i. invidiam, præfiscinè aliquid fieri dicebatur, cum facto aut dicto aliquo fascino occurrebatur, vide Scal. ad Var.

Præfixus, a, um. part. à Præfigor Plin. προπεπηγώς. *Thrust through, fastned or set in the fore part.*

Præfĕo, es. *To weepe before.*

Præflŏreo, es, ui, ēre, Plin. προανθέω. *To blossome before due time.*

Præflŏresco, is, ĕre, Col. idem.

Præflōro, as, Gel. πρωτοτυπέω. *To take the first flower, to take one part before another.*

Præfŏror, pass. Gell.

Præfluo, is, xi, xum, ĕre, Plin. προεκρέω: *To flow or runne before another.*

† Præfluxus, & præfluvium, pro fluore alicujus rei ante vel præter labentis. Cal.

† Præfocatæ dicuntur quæ præfocationem patiuntur.

Præfŏcatio, ōnis. *A strangling, a stopping, a suffocation,* vide Calep.

Præfocatio matricis, Aurel. idem quod strangulatus vulvæ.

Præfŏco, as, Ovid. ἀγχω, ἀποπνίγω. *To strangle or choke.*

Præfŏcor, āris, Stat.

Præfŏdio, dis, di, ssum, ĕre, προορύσσω. *To digge before, to digge deepe, to hide in the ground.*

Præfŏdior, ĕris, pass. Col.

Præfœcundus, a, um. Plin. πολυφόρος, εὔκαρπος. *Very fruitfull.*

† Præfor, obsolet. vide præfaris.

Præformātio, ōnis, fem. g. Quint. προτύπωσις. *A forming before.*

Præformātus, a, um. προμεμορφωμένος. *Formed or fashioned before.*

Præformīdo, ās, Quint. προφοβοῦμαι. *To bee afraide before the stroke come.*

Præformīdor, āris, pass. Ovid.

Præformo, as, Quint. προτυπόω, προμορφόω. *To forme or fashion before.*

Præfortĭter, adv. *Very mightily.*

Præfractē, adv. ἀδιαλλάκτως. *Stubbornely, obstinately, stoutly.*

Præfractior, us, comp. *Harder and more crabbed.*

Præfractus, a, um. Ovid. διαφθαρτός, αὐθάδης. *Stubborne, obstinate broken before. also hard to be understood, crabbed.*

Præfrigĭdus, a, um. Ovid. ἐκψυχος. *Very cold.*

Præfringo, is, ēgi, actum, ĕre, ex præ & frango, Eli. προκλᾶν, προρήγνυμι. *To breake before, to breake in pieces.*

Præfugio, προφεύγω. *To flye away before.*

Præfulcio, is, si, īre, tum, προσφωλεύω, προστηρίζω. *To strengthen, to underset, to make strong.*

Præfulgĕo, es, si, ēre, & ens, part. ad Heren. προλάμπω, ὑπερλίαν προφαίνω. *To be too bright, to shine very gorgiously.*

Præfulgesco, is, ĕre, Col. προλάμπω. *To begin to shine very bright.*

Præfulgĭdus, a, um. adj. προλάμπων. *Very bright.*

Præfulgŭro, as, Val. Flac. προστρέχω.

ςεφίνω. *To make a glittering before.*

Præsumĭgo, as, Col. *To perfume before.*

Præfurnĭum, ii, m. Cato. os patens furni, quo ligna in fornacem induntur, & inde obstruitur, προμηγεῖον. *The mouth of an Oven.*

Præfŭro, is, ĕre, Stat. *To begin great rage.*

Prægĕlidus, a, um, Col. πεπαγύς, ρός. *Very cold.*

Prægenitalis, le, adj. Fest. *First borne.*

Prægulio. *To devoure before.*

Prægermĭno, as, Col. προβλαστάνω. *To bud before time, to bud out of season.*

Prægestĭo, is, īvi, ītum, īre & p. ens, προπροθυμέομαι. *To rejoyce, to leape for joy, to have a very great desire.*

Prægigno, is, genui, ĭtum, ĕre, Plaut. προγεννάω. *To beginne to beget before, to be first author of.*

Prægnans, tis, adj. (ex præ & gigno, prægenero olim nunc prægigno, ἔγκυος, ἐγκύμων.) *A woman with childe, great with young: also full of good sappe and juyce, bearing fruite.*

† Prægnas, ātis, Plaut. idem qd prægnans, Fenest.

Prægnātio, ōnis. femin. Varr. κύησις, κύημα. *The being great with childe.*

Prægnātus, us, m. Ter. idem.

† Prægno. as, antiq. *To be great with young.*

Prægnus, a, um. barb. vide pregnans.

† Prægrădŏ, pro prægredior, Pacuv. vs Non.

Prægrandis, de, παμμεγέθης, περιμεγὴς. *Very great.*

Prægrăvātio, f. onis. *A great grieving, and overburdning.*

Prægrăvātus, a, um, Col. p. *Made heavie.*

Prægrăvis, ve, Plin. ὑπόβαρυς, ὑπόβρεμβος. *Very grievous and weighty.*

Prægrăvo, as, & ans, p Liv. ὑποβαρύνω, καταβρίθω. *To make more heavie, to burthen, or load, to poise downe one side more than another.*

Prægrĕdior, ĕris, ssus, sum, di, & p. ens. à prægradior, προέρχομαι, προπορεύομαι. *To goe or come before, to undertake, to passe or excell, to prevent.*

Prægressĭo, ōnis, f. verb. προπόρευσις, προβασις. *A going before, an overpassing, a preventing.*

Prægressus, us, m. Amm. Marc. idem.

Prægressus, a, um. p. Plin. προελθών, προβάς. *That is gone before, going before.*

Prægustātor, ōris, m. verb. προγεύτης. *A foretaster.*

Prægusto, as, γεύομαι. *To take a taste or assay before.* Ovid.

Præhendo, λαμβάνω, idem quod prendo, Cic. Quint. Præhendo, à tendo, propterea Joach. Camerarius ubique per a. e. scribit reprehendo, comprehendo hendo, tendo, ut hariolor, fariolor, horda, forda, nec mirum cum aspiratio jam insit in F. alii prehendo à preendo, postmodum interjecto H. prehendo. *To take, to apprehend, to lay hold on a thing,* v. prehendo.

Præhensio, ōnis, Gell. 13. 12. *An apprehending, a laying hold on.*

† Prænso, & prænso, as, frequ. propriè de supplicibus dicuntur & candidatis, quum magistratum aliquem ambientes suffragatorum manus prehendunt. *To take, or lay hold on often.*

Prænsātio, sive prensatio, vide prænsio, καταληψις, ἀξίωσις παρακλησία. *A laying hold on.*

Prænsus, Gel. lib. 11. λαβὼν ὡς & prensus, a, um. captus, apprehensus, καταληφθεὶς. *Taken, apprehended, layd hold on.* Plaut.

† Præhibeo, id. quod præbeo, Pla.

Præjăcĕo, ēs, ŭi, ēre, & ens, part. Tacit. προκείμενος. *To lye, or be situate before.*

Præjăcio, is, ĕre, Col. προβάλλω. *To cast before.*

Præiens, vel præeuns, tis, p. à præeo, Ovid. προηγούμενος & προών. *Going before or leading.*

Præjūdĭcatio, ōnis, fem. verb. προκρίμα, προκρισις. *A giving of sentence before, a conceiving of judgement before due time.*

Præjūdĭcatus. *Determined or condemned before.*

Præjūdĭcium, ii, n. προκατάγνωσις, πρόκριμα. *A prejudice or hurting of ones cause: also a manner of sentence given before hand, lasse;* qui. judicium præ: *Also it is taken for a president for others to judge by a rash judging before a matter be hard.*

Præjūdĭco, as, i. ante tempus judico, πρόκρινω, προκαταγινώσκω. *To judge first or before another, to whom the matter appertaineth; Also to conceive an ill opinion of a thing before he commeth to the place to heare it.*

Præjūrātio, ōnis, Fest. *The oath that is taken by him that first sweareth.* v. Fest.

Præjurātor, ōris, m. *Hee that first taketh an oath, as the fore man of the quest.*

Præjūro, as, προόμνυμι. *To sweare before other.*

Præjŭvo, as, ūvi, āre, προωφελέω. Tacit. *To helpe before.*

Prælăbor, ĕris, psus sum. ābi, & part. ens. verb. dep. προολισθάνω, παραρρέω. *To fall first, to passe or goe before.*

Prælambo, is, ĕre, Hor. προλείχω. *to licke or taste before.*

Prælargus, a, um. Pers. *Very large or full of.*

† Prælatūra, æ, f. *The Archdeacons office.*

Prælatus, ti, m. Amb. *A Prelate.*

Prælātus, a, um. p. à præ & latus, προτιμώμενος. *Preferred, more esteemed and set by.*

Prælĭvo, as, ante lavo, Apul. apol. *To wash before.*

Prælăvor, ĕris, Ap. *To be rinsed or washed before.*

Prælautus, a, um Suet. *Very fine, beautifull and sumptuous.*

Prælectio, f. verb Plin. προαναγνώσις, ἐξήγησις. *A lesson, lecture or reading to others.*

Prælector, ōris, m. Gel. προαναγνώστης, ἐξηγητής. *A reader to others.*

Prælĕgo, as, Paul. *To give first by legacy to one.*

Prælĕgo, is, ĕgi, ctum, ĕre. Quint. προαναγινώσκω, προσλέγω. *To read also to gather before, to passe and runne by.*

† Prælialis, le, adject. (ut tuba prælialis, Jun. *A trumpet forwarre*) πολεμικὸς; *belonging to war or battell.*

Prælians, tis, p. *Fighting in battell.*

† Prælĭant pro prælĭantur, Plaut.

Prælĭāris, ἀγωνιστικός. *Belonging to warre or battell:* vide Fest. Plaut.

Prælĭātor, ōris, m. Tac. *A warrier.*

Prælĭbātio, ōnis, f. *A tasting before.*

Prælĭbo, as, Stat. προγεύω, προγεύομαι. *To taste or assay before.*

Prælĭcenter, adv. Gel. προπετῶς. *Very licentiously, with too much liberty.*

Prælĭgāneus, a, um, Cato, quod præ omnibus legitur, πρόλεκτος. *First gathered or ripe.*

Prælĭgātus, a, um. p. *Bound before or tyed up.*

Prælĭgo, as, Liv. προδέω. *To binde afore or in the side.*

† Prælingo, is, Erasm.

Prælĭnio, is, ĕre, & prælino, is, ĕre, Gel. προαλείφω. *To anoint over, or slightly to touch a thing.*

Prælĭolum, li, n. *A little skirmish.*

Prælĭor

Præſſor, āris, dep. μάχομαι. *To fight in battell, alſo to ſtrive in words.*

† Præſtiqueo, es, & præliqueſco, is. *To be moiſt before.*

† Præſtito, as, & præſtitor, āris. *To ſacrifice.*

Præſtitus, a, um. p. à præſtinor, Gell. προμεμνημένος. *Annotated over before,*

Præſtium, ii, n. μάχη, ἀγὼν πολεμικὸς, dict. Iſid. quòd in dimicando hoſtes ſe invicem premant, alii ex præſto, eo quod in dimicationibus ſanguis è corporibus profluat, non tecus atq; muſtum è prælis, vide Cal. præſtium bellum in univerſum dicitur, ut Punicum: hujus partes ſunt pugna, ut Cannenſis, rurſum in una pugna ſunt multa præſtia. *A battell, a ſkirmiſh, a fight, a conflict or combate, a foughten field.*

Præſtŏcūtor, vel præloquutor. *He that ſpeaketh before.*

† Præſtŏgium, ii, n. πρόλογος. *A Preface.*

Præſtongo, as, Plin. μηκύνω. *To make very long.*

Præſtongus, a, um. ὑπέρμακρος, ὑπέρμηκης. *That is very long.*

Præſtŏquium, ii, n. vide præſtogium.

Præſtŏquor, ĕris, ūtus ſum, qui, προλέγω. *To ſpeake and tell before.*

Præſtŭceo, es, xi, ēre, προφαίνω. *To beare light before one, to give more light than others; to bring renowne to others, and to excell them: alſo to be better or more pleaſant and delightfull.*

Præſtŭcidè, adv. διαφανῶς. *Very brightly.*

Præſtŭcĭdo, as. *To make very bright, manifeſt, evident or apparent.*

Præſtŭcĭdus, a, um, Plin. πολυφεγγὴς, περιφανὴς. *Very cleare or bright, giving a great light.*

Præſtŭdium, ii, n. προοίμιον, (ex præſtudo, propriè eſt præcantio illa quæ ante cantum favoris conciliandi gratia à citharœdis ſolet præmitti, quanquam generaliùs accipitur pro quovis initio rei ſeriæ præmiſſo.) *A Poeme, an entrance to a matter, a ſiouriſh, a beginning, an aſſay.*

Præſtŭdo, is, ſi, ſum, ĕre, Virg. προπαίζω, ἀναπρόομαι. *To play before.*

Præſtum, ex premendo, vid. preſtum. *A Preſſe.*

† Præſtumbo, as, N. κατακλάω. *To breake ones loines.*

Præſtŭo, is, ĕre. προλάω. *To waſh cleane afore, to flow or runne before.*

Præſtŭſio, ōnis, f. verb. μάχη, προγωνία. *A ſkouriſhing or skirmiſh before a fight.*

Præſtŭſtratus, a, um, adj. *Compaſſed or gone round about.*

Præſtŭſtris, tre, Ovid. περιφανὴς. *Very famous and notable, moſt excellent.*

Præſtŭſtro, as, Pap. *To compaſſe or goe about.*

Præmandō, is. *To chaw before.*

Præmando, as, Var. Cic. προεντέλλω. *To ſend or give charge.*

Præmanibus, Col. ἐν χερσὶν. *In readineſſe, at hand.*

Præmanſus, a, um. *Chewed before.*

Præmātūrè, adv. Plaut. προωρίως, πρὸ καιροῦ. *Over haſtily, too ſoone.*

Præmātūritas, ātis, fem. Plaut. *Vntimelineſſe.*

Præmātūrus, a, um, Col. πρώιμος. *Ripe before due time and ſeaſon: alſo untimely, over haſty, not yet ripe.*

Præmēdicātus, a, um, Ovid. προφαρμακευθείς. *Having medicines preſervative afore hand.*

Præmēditātè, adv. Cæſ. προβεβουλευμένως. *Adviſedly.*

Præmēditātio, ōnis, fem. g. verb. προμελέτησις. *Fore meditation, thinking of a thing before hand.*

Præmēditātus, a, um, part. προφρονηθείς. *Thought and muſed on before hand.*

Præmēditor, āris, dep. προμελετάω. *To thinke on a thing before hand.*

Præmercātor, ōris, m. Liv. *A foreſtaller of the market.*

Præmercō, as, antiquè Plaut. & præmercor, aris, dep. προαγόραζω. *To buy before, or to buy out of ones hand.*

Præmenſus, a, um. part. *Taſſed over.*

Vervactum, ti, n. Plin. id est vere actum, id est verno tempore aratum, νέατος, νέωμα. *Land that hath beene fallow, being turned in the spring-time.*

† Verucosus, a, um, id est verucis plenus.

† Veruculata, Commissuræ cranii.

Vĕrŭcŭlum, li. n. dim. à veru. Pli. ὀβελίσκος. *A little broach or spit.*

Vervēceus, a, um: Plaut. *Like a weather.*

Vervecīnus, a, um: Plin. κριόμωξος. *Of or pertaining to a weather or sheepe.*

Vervex, ēcis, m. κριὸς ἐκτετμημένος, dict. q. ab inversis testiculis demptis, Perot. vel quod sit natura versa. Var. vel quòd vir sit inter oves, vel à viribus. M. ex verpus, cui verpa exserta, *A weather or sheepe.* Is. item quod vermem in capite habeat Sip ab inversis testiculis. M. cui verpa exserta.

Vervilago, f. Chamæleon albus, vid. Dodon. *The Chameleon thistle.*

Vervīna, æ, f. Plaut. ex veru. *A long Iavelin.* vid. verutum.

Vērum, ri, n. ἀλήθεια, ἀληθεία. *A thing or speech that is true, truth.*

Vērùm conj. ἀλλά, πλὴν ἀλλά. *But, but yet.*

Verumtămen, conj. ἀλλ' ὅμως, ἐμὲν ἀλλά. *Nevertheless, notwithstanding.*

Verumvero, Gel. Idem.

† Verunco, pro veruto. Non. ex Accio.

Vērus, ior, & issimus, a, um: ἀληθὴς, ἀληθινὸς, Perot. ex ve particula intensiva & res, quasi verborum non inanis sonitus, sed solida res: vel ex vi & res. *True, or he that telleth the truth, unfained, just, substantiall, good uncorrupted, profitable, also naturall.* M. ex bar בר.

Vĕrutum, ti, n. Cæs (telum dict. quòd veru habet præfixum. Fest. alii à verto) ὀξὺ βέλος, ὀβελὸς. *A casting dart.*

Vērūtus, Idem, unde veratulus & verutatus, & vertitus, a, um. Virg. βελοφόρος. *Armed with such a dart.*

Vēsānia, æ, f. Plin. (ex vesanus) παραφροσύνη, μανία, παραπληξία. *Madnesse, fury, rage.*

Vesaniens, tis, p. ex vesania.

Vēsānio, is, ivi, ire, μαίνομαι, παραφρονέω. *To be mad, to rage.*

Vēsānus, a, um: ex ve particula privativa, & sanus μανιώδης, παράφρων, παράπληξ. *Furious, cruell, mad, outragious.*

† Vesca, æ, f. Serv. *A cobweb.*

Vescendus, a, um: p. à vescor

† Veses Gloss. v. vescus.

† Vescibilis, i. vescus.

Vescor, eris, sci. Dep. (ex ve & esca Canin. ex ἔδομαι) ἐδάω, τιλίζομαι. *To eate, to feede, also to see.*

Vescŭlentia, æ, f. *Plentie of junkets.*

† Vesculentus, a, um, adj. *Full of meate.*

Vesculi homines graciles, vid. Fest.

Vesculus, a, um, dim. à vescus, vesculi homines graciles dicuntur, & malè curati μονόγραμμοι, λεπτοὶ ἰσχνοὶ, Fest.

Vescum, a, um, Virg. (ex ve intensiva particula, & esca.) ἐδώδιμος, βρωτὸς. *That may be eaten; also little, λεπτὸς, ἄπεφος, or leane, that doth not eate, that hath no stomacke.* quod edimus, item edax.

Vēsīca, æ, f. gr. κύστις, φύσηκώδη (quasi vas aquæ quia sicut vas aquâ, ita renibus urina collecta impletur, humore distenditur. M. ab ὑσία. quidam vesica, à φυσάω est φῦσα, φύσηξ, inde vesica quæ turget aëre plena, & distenta.) *A bladder.*

Vēsicaria, æ, f. Plin. (quod vesicæ medeatur, vel quòd habeat folliculos humanis vesicis similes.) σφύχνος, φυσαλὶς. *A kind of herbe.*

† Vesīcŭla, læ, f. dim. à vesica. κυστίδιον. *A little bladder.*

Vesidia, vid. Fest. ex veses qui male sedit nulla re honesta occupatus, desidia. *Sloth, idlenesse.*

Vespa, æ, f. (ex σφήξ, quidam quod vesperi putatur venari muscas in cibum, Cath. a vis & peto.) σφὴξ, ἀθέλυνη. *a wasp,* item vespilo, vid.

† Vesparium n. *a waspes nest.*

Vesper, ĕris, m. ἕσπερος (vel vesperus, ex ἕσπερος, dict. quod vesperi prima ex stellis lucere conspicitur.) *The evening starre, the evening, also a supper.*

Vesper, a um, Plin. ex ἑσπέριος, ἑσπερινὸς. *Of or pertaining to the evening.*

Vespĕra, æ, f. ex ἑσπέρα. *The evening.*

Vespĕrālis, le, Solin. ἑσπερινὸς. *Of, of belonging to the west part, or evening.*

Vespĕrascens, tis, p. Tacit. συσκοτίζων. *Waxing night.*

Vespera-

Vesperascit. impers. Terent. ἑσπερίζει. *It draweth towards evening, it waxeth night.*

Vespĕrat, abat, avit. Gel. συσκοτάζει. *It is eventyng or night.*

Vesperatus, a, um, Solin. *Benighted.*

Vesperè, vel vesperi, adv. ἑσπέρας, εἰς ἑσπέραν. *Late in the evening.*

Vesperna, æ, f. Fest. (ex vespertino tempore.) δεῖπνον. *A supper, or evening meale.*

Vespero, as, ἑσπερίζω. *To be late in the evening.*

Vespertilio, ōnis, m. græc. Plin. (dict. quod se vespertino tempore ad volatum proferat.) νυκτερίς. *A bat,* vid. Lucifuga. *One that is afraid of arresting and walketh not till night.*

Vespertinus, a, um, ἑσπέριος. *Of, or that is done in the evening.*

Uespĕrūgo, ĭnis, f. Plaut. (ex Vesper, quasi vesperam ago.) ἑσπερίς. *The vening starre.*

† Vesperula, & vespula, dim. à vespa.

† Vesperus, v. Hesperus, Pap.

† Vespetum, locus, ubi vespæ abundant.

Vespices, Fest. (fruteta densa dict. à similitud. vestis. *A place thicke with bushes.*

Vespillo ōnis, m. g. Mart. (vespillones, & vespæ dict. qui funerandis corporibus officium gerunt, quia vespertino tempore eos efferunt quia funebri pompa duci propter inopiam nequeunt) νεκροφόρος, ὀπαφιάστης. *He that carrieth out dead bodies in the night to be buried.*

Vesta. *The earth, also fier,* vid. propria nomina.

Vestālis, le, ex vesta. *Vestall.*

Vester, ra, rum. (à vos vester, Canin. ex σφέτερος.) ὑμέτερος. *Yours.*

Uestiarium, ii, n. g. Plin. ἱματοφυλάκιον, ἱματοθήκη. *A wardrobe, cheest or presse for apparell, also apparell it selfe.*

Vestiārius, a, um, Cato: ἱματικός. *Of, or belonging to garments, or where garments are kept.*

Vestiarius, m. ἱματοφύλαξ, ἐσθητοπώλης. *He that keepeth the wardrob, a taylor,* vestigarius, idem.

Vestĭbŭlum, li: n. g. (vestibulum dictum, eò quòd vestiuntur fores, aut quod aditum tecto vestiat, Isid. vel à Vesta quòd ea potissimum pars in ædificio Vestæ consecrata, Ovid. vel ex ve & stando, quod multum in iis staretur.) τὸ προθύρεον, προπύλαιον, προαύλιον. *A porch or entry.* v. propylæum.

Vestĭceps, ipis. c. g. Gell. (ex vestis & capio, puer, qui jam vestitus est pubertate.) γενειήτης, γένειον. *A stripling.* v. Ephebus.

† Vesticontuberinium, de iis qui sub eadem veste cubant.

Vestigabundus, a, um. *One that seeketh much.*

† Vestigatio, onis, f. g. ἐξιχνευσις. *A seeking, or hunting.*

Vestigător, oris, m. ἐρευνητὴρ. *He that seeketh, or traceth, an hunter.*

† Vestigio, pro quo contracte vestigo.

Vestigium, ii, n. g. ὁ ἴχνος τὸ ἴχνος. à vestis, quòd veluti indumentum sit pedis, Perot. ex ve & stigo, ex στίζω pungo, signum pede factum v. Bec. & Scal, R. 3 a. vestigium signum relictum quo vestis agitur quam longam & viri & fœminæ primitus ferebant.) *The print of the foote, the trace, or footestep, a token, or marke, the sole of the foot, a moment.*

Vestigo, as, vestigia indago, ἐξιχνεύω, ἐρευνάω. *To seeke, to trace, to hunt, or seeke out with diligence.*

† Vestimentum, ti, n. ex vestis. ἱμάτιον, ἑσθής, ὅπλισμα. *a garment, apparell.*

Vestio, is, īvi, īre, ītum, ἐνδύω, ἱματίζω, περιβάλλω. *To apparell or cloath, to cover, to garnish, or decke.*

† Vestiplica, quæ plicat vestes. *A maiden that foldeth, or laieth up garments.*

† Vestiplico, as. *To fold up garments.*

Vestis, is, f. g. (Scal. ἕσις, unde ἑσθής, Var. à velando: vel à vellere quod primus hominum vestitus ex vellere fit sumptus.) ἑσθής, ἔνδυμα, βίστον. *A garment,* vid. vestimentum.

Vestisĭpicus, ci, m. & vestisĭpica, cæ, f. dict. quòd frequenter vestes inspiciat, ἱματοφύλαξ. *He or shee that keepeth the apparell of their master, or mistris.*

Vestitor, ōris, m. g. Lamprid. ἱματιοπώλης. *A taylor.*

Vestitissimus, a, um, superl. à vestitus, Col. *Best clothed.*

Vestitrix, icis, f. *She that clotheth, or covereth.*

Vestitura vel vest. barbaris est possessio. Calv. ex Feud.

Vestitus, a, um, p. ἐσθημένος, περιβεβλημένος. *Clothed, covered, garnished.*

Vestĭtus, us, m. ἀμφίεσμα, ἱματισμός, ἔνδυσις. *Apparell. also apparelling, garnishing, or ornament.*

Vestras, atis, adj. pronom. ex vester. ὑμέτερος. *Of our country, stocke, or sect.*

Vetans, part. *Forbidding.*

Vĕtātio, onis, f. gen. verb. Val. ἀπαγόρευσις. *A forbidding.*

Vĕtāturus, a, um, part. Val. *That will forbid.*

† Vetellus, dim. à vetulus.

† Veter, pro vetus, Enn.

† Veteramenta, vetera coria, v. Ium. *Old, or worne things cast and laid away.*

† Veteramentarius sutor, qui veteres calceos reficit. ἀκέστης. *A botcher, or cobler.*

Vetĕranus, a, um, παλαιός, παλαιοφόρημων. *Old, ancient, that hath beene long in office.* vid. Redivivus.

Veteranus vetus miles diu exercitatus, à militia dimissus ut emeritus παλαιοστρατιώτης.

† Veterarius. παλαιοφόρος. qui vetera refuit Gloss. *A botcher.*

Veterasco, is, γηράσκω. *To wax old.*

Veteraria, Seneca voc. apothecas frugum, vel vinorum veterum. Epist. 115.

Vĕtĕrātor, ōris, m. & veteratrix, icis, f. Ter. (dict. à multa rerum gerundarum vetustate.) παλαιοφόρημων, παιδόρηξ. *An old experienced crafty deceiver, a subtill knave.*

Veteratoria, æ, f. *Craft in handling things.*

Vetĕratorĭè, adv. παιδόρηκως. *Craftily.*

Vĕtĕratōrius, a, um, παιδόρηξ, παλίμβολος, φενακιστικός. *Crafty, deceitfull, gotten by long experience.*

Veteres, m. παλαιοί. *Aunciestors.* vid. vetus.

Veterinus, a, um. *Most ancient.*

Veteretum, ti, n. Col. vid. vervactum.

† Veterina, n. animalia dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere possunt, quasi venterina, quòd ad ventrem onus religatum gerant.

Vĕtĕrĭnārius, ii, m. Col. κτηνίατρος, ἱππιάτρος. *Hee that letteth horse to hire, a horse courser, or horseleech, or beast leech.*

Vĕtĕrĭnārius, a, um: Col. ad veterina animalia pertinens, κτηνιατρικός. *Of or belonging to beasts, or to a horse-leech.*

Vĕtĕrinus, a, um, Col. κτηνώδης, ἀχθοφόρος, (veterinam bestiam jumentum Cato appellavit à vehendo, qu. veheterinus, vel verterinus, Fest. Opilius veterinam dici putat, quasi venterinam, vel uterinam, quòd ad ventrem onus religatum gerat. *That beareth burdens, used in carriage.*

Veterior, ius, compar. Plaut. παλαιότερος. *More ancient, elder.*

† Veternosè, adverb. Plaut. *Drowsie.*

Vĕternōsus, a, um: Plin. (ex Ve-

ternus.) λήθαργικὸς. *Sluggish, drowsie, sleepie, sleepfull*, veterni plenus.

Veternus, m. λήθαργος, νωθεότης. (ex veteribus, quòd senibus, potissimùm cõtingit, & quasi senectus, ad negotia inutiles facit.) *A drowsie disease, a continuall desire of sleeping, loathfulnesse, sluggishnesse, idlenesse.*

Veternus, v. veternosus.

Vĕtĕro, as, vetus facio, γηράσκω, παλαιόομαι. *To waxe and become old, old and ancient.*

† Veterosus, i. vetustus.

Vĕterrimus, a, um, superl. παλαιότατος. *Very old, the eldest.*

Vĕtĭtum, ti, n. τὸ ἀπαγορευθὲν, κώλυμα. *A thing forbidden.*

Vetĭtus, a, um: part. Virg. κωλυθεὶς. *Forbidden.*

Vĕto, as, ŭi, ĭtum, & āvi, ātum, Pers. āre, ans, κωλύω, ἀπαγορεύω, καταίργω. (ex vi veto fit, quòd est prohibeo, quasi vim nequid fiat adhibeo, vel ab & ἴτην missum i. permissum: prohibere est factis, vetare est dictis resistere. Mar. ex Pomp. *To prohibite, to forbid, also to let.*

Vetonica, βετονικὴ, f. *Betonie.*

† Vetrale, v. ventrale.

Vĕtŭla, æ, f. Plau. γραῦς, γραΐδιον. *An old wife.*

Vĕtŭlus, a, um: παρηλιξ, γεγῶτος. *Somewhat old and aged.*

Vĕtus ĕris, adj. (ex βαίτης, ἀφ significationem intendit, Scal. ex ve, i. valdè, & ætas) παλαιὸς, ἀρχαῖος, πολυετὴς. *Old, ancient.*

Vetustas, ātis, f. ex vetus, παλαιότης, ἀρχαιότης. *Antiquity, oldnesse, long continuance.*

Vĕtustè, adv. Plin. παλαιῶς. *Auncientlie, older, of a very long time.*

Vetusteſco, sive vetusceſco, is, ĕre. Col. *To waxe stale, or become old.*

Vĕtustus, a, um & issimus, a, um, Tacit. παλαιὸς, παλαιγενὴς. *Old, ancient.*

† Vexina. *A long dart.* Coop.

† Vexabundus, a, um. *That troubleth much.*

† Vexamen, v. vexatio.

Vexātio, ōnis, f. ἐνόχλησις, ἐπηρεασμὸς. *Griefe, trouble, torment.*

Vexātor, oris, m. κακοργέτης, κακοῦργος. *He that troubleth a spoyler, a sacker.*

Vexātus, a, um, p. κεκακωθεὶς, πεπονηθεὶς. *Troubled grieved.*

Vexillārius, ii, n. Liv. σημειοφόρος. *A standard bearer.*

Vexillātio, ōnis, f. λόχος, ἴλη. *A company of men of armes under an ensigne.*

Vexillifer, vid. vexillarius.

† exillor, vexillum gero. M.

Vexillum, li, n. σημεῖον στρατηγὸν (dim. ex velum, al. quasi velillum, veho, vehi, vexi, vexum, vexulum) vexillum, & κῶας συγκειμένον velum. *A standard, a flagge or ensigne.*

Vexo, as, ex veho, Perot. quòd huc atq; illuc distrahat qui vexat.) ἐνοχλέω, κακόω, ἀγάω. *To trouble or disquiet, to tosse or tumble, to torment grievously, to destroy*, vid. Gel. 2. 6.

V *ante* I

Via, æ, f. gen. (ὁδὸς, Scal. ex Apo. alii ab eundo quasi ia, vel à vehendo, primum veha, inde via Var. per quam vehitur) ὁδὸς, πορεία. *A way, a passage, a streete, a journey, a trade, a custome, a fashion, a method or order, a rule.* M. ex ὁδῶ ex נדד *bar*

† Viaculus, li, Gloss. qui viam colit, nisi culus sit vocis productio, id. q. viocurus.

† Vialis, le, ad viam pertinens.

Vians, tis. Solin. ὁδοιπορῶν. *Walking, going by the way, marching in rankes.*

† Vias pro viæ Enn.

† Viarius, a, um: Cæl. ὁ περὶ ὁδὸν. *Of or belonging to wayes.*

Viaticatus, a, um: Plaut. ἐφοδιασμένος. *That is furnished with things necessary for a journey.*

Viāticor, āris, Plaut. ἐφοδιάζομαι. *To provide necessaries for journeying, to be furnished with provision.*

Viaticulum, m. dimin. à viaticum.

Viāticum, ci, n. quod pro via, id est itinere paratur, ἐφόδιον, ὁδάιον. *Provision for a voyage, also given or made for him that is departing.*

† Viāticus, a, um. Plaut. ὁδοιπορικὸς. *Pertaining to a journey.*

† Viatim, Diom. l. 1. Calep.

Viātor ōris, m. ὁδίτης, ὁδοιπόρος. *A traveller by the way, a wayfaring man, also a sergeant or beedle that warneth men to appeare, a pursevant, a master of a village.*

Viatorius, a, um: Plin. ὁδοιπορικὸς. *Of or belonging to the way, serving to way-faring men.*

Vibex, icis, f. Plin. μώλωψ, (à græc. vibex dict. ἰβυκας gr. vocant σίγμας, inde vibices: al. quod vi fiat, Fest.) *The marke, or print of a stripe or blow remaining in the flesh, blacke and blew*, ἰβύω. clamo.

† Vibia, æ, f. varæ opposita pertica, v. M. & Turn. *A crosse rod or goad.*

† Vibialia. dea quæ ab erroribus viarum liberat, Arnob.

† Vibicosus, a, um, um, i. vibicibus plenus.

Vibium, ii, Star. ex vibo al. ex ἀμφίβιον, amphibium. qu. phibium. *Any creature living on water and land.*

Vibo, onis, ex vibro, extriro r. vel ex ἰβύω, quòd valeat contra fulminis ictum. Plin. 25. 3. *The flowers of the herbe* Britannica.

† Vibrabilis, le. *That may be brandished.*

Vibramen, ĭnis, n. *A brandishing, also nobleneſſe.*

Vibrans, tis, part. κραδαίνων, πάλλων. *Brandishing, shaking, piercing quavering.*

Vibratio, f. πάλμος. *A brandishing, shaking.*

Vibratus, a, um: p. παλαμένος, σεσεισμένος. *Shaken, cast with violence, crisped, curled, quavered.*

Vibrissæ, vel vibrassi, vel vibrucæ sunt pili in naso dict. quod his evulsis caput vibratur. Fest. τρίχες ῥινῶν. *Haires growing in the nasthrils.*

Vibrisso, as, Fest. μινυρίζω *To warble in singing, to shake a thing*, v. vibrissæ: vocem in cantando crispare. *To quiver.*

Vibro, as, à vis, quasi vi agito, Perot. vel ex sono confict. Cath. ex vibex, M. ex ἰεύω, πάλλω, καρδαίνω, πράσσω. *To shake a thing, to brandish, to shine, to glister with a swift moving and shaking, also to frizle to curle, to tremble, to quiver.* Vibror, pass. Ovid. *To be shaken, to tremble.*

Viburnum, ni, neut. gen. Virg. (Car. ex vieo) βρυωνία μίλαγνα. *The vilde Vine, a shoote or sprig of a Tree.*

Vica Pota. Senec & Cic. 2. de leg. nomina deorum conficta, alterum à vincendo, alterum à potiundo. v. M.

† Vicaneus, i. vicarius

Vicanus, ni, m. (vicani qui vicos rusticos habitant..) ἀγροῖκος. *One that dwelleth in a Village, base, unnoble.*

Vicaria. *A Vicaridge.*

Vicariatus. *A Vicears office, that supplieth a place for another.* Acer.

Vicarius, a, um: qui vicem alicujus gerit sive obtinet, & in ejus locum successit ἀμοιβαῖος. *That is in place of another mans roome, a deputy a vicar.*

Vicatim adv. sparsim per vicos & pagos κατὰ κώμας, κωμηδὸν. *In Villages or Streets, Stret by street, Village by Village.*

Vicecancellarius, quivicè gerit Cancellarii. *A Vicechancellor.*

† Vicecomes, tis, masculin. *A Sheriffe.*

† Veic-

† Vicecomitatus, m. i. officium vicecomitis.

† Vicedominus, qui domini vices ipsius administrat. eique vicariam operam præstat. *A Steward.* apud canonistas vicedominus œconomus qui è clericorum numero episcopatum administrat.

Vicis, vicem, vice, ex vi vide in fine, v. ante i. ante vix.

† Vicenalia. *Solemne vowes for twenty yeeres.*

Vicenarius, a, um: Plaut. (ex bis & denarius) εἰκοστός. *The twentieth.*

Vicēni, æ, Liv. bis dim. εἴκοσι. *Twentie.*

Vicennium, ii, n. Modest. (ex Viceni & anni.) εἰκοσιετὴς. *The space of twenty yeares.*

Vicesima, æ, f. ἡ εἰκοστὴ. *A pension of the twentieth part.*

Vicesimārius, a, um. Plin. *Of, or belonging to that pension.*

Vicēsimus, a, um, i. bis decimus. εἰκοστὸς. *The twentieth.*

Vicesimani, Tacit. *Souldiers of the 20 th. band.*

† Vicesimo, as, are. *To take the twentieth.*

† Viceſſis, ex viginti & as, assis. *The weight of twenty pound.*

Vicia, æ, f. g. Plin. (βίκιον, Isid. quòd vix ad triplicem proveniat fructum, alii à vinciendo. alii quòd ad modum vitis hæreat, vel qu. Vitiosa) βίκια, σπέρμον. *The pulse called a vetch, or eare, also continent.*

Vīciārium, ii, n. Col. *A place sowed with vetches.*

Vīciārius, a, um, Col. κικιακὸς. *a sive to winnow vetches, of vetches.*

Vīcies, adv. viginti: vicibus, vid. vigesies εἰκοσάκις. *Twenty times.*

Vicina, æ, f. (ex vicinus.) *She that dwelleth next us, or not farre from us.*

Vīcīnālis, le, γειτονικὸς. *Of, or belonging to neighbours.*

Vīcīnia, æ, f. ex vicus, loci vicinitas, seu vicinorum inter se propinquitas, vel ipsi etiam vicini γειτνίασις, συνοικία. *The joyning of houses one to another, neighbour-hood, also a street.*

Vicinitas, atis, f. g. ex vicus, γειτνίασις. *Neighbour-hood, likenesse nighnesse.*

Vicinium, ii, n. Senec. id qu. Vicinia.

† Vicino, as, πλησιάζω, ἐγγίζω. *To approach or draw neere.* vicinor. de pon. Acer.

† Vicinulus, a, um. à vicinus.

Vīcīnus, a, um. qui eundem vicum colit, γείτων, ὁ πλησίον, σύνοικος. *A neighbour.*

Vicinus, a, um, & vicinior, ius, comp. Ovid. ὁ ἐγγὺς, ἐπλησίαζε. *Neere, hard by, very like.*

Vicis, ci, cem, ce. plur. vices, ibus, ex vi antiq. pro pugnis, quoniam pro vicissitudine pugnetur, Bec. vices à vi, nam quod per vices fit, videtur difficile esse, & vix fieri, fortasse tamen rectum fuit vix, vicis à vi. omnia tamen primo & vix & vir, & vis, & is ex Heb. אִישׁ aish, ἀμοιβὴς, ἐναλλαγὴς. *Course, time, place, chance, also office, or duty, mischance, misfortune, adversity, displeasure, punishment that a misdoer hath for his offence.*

Vicissātim, Plaut. & vicissim, adv. per vices, ἐναλλὰξ, ἐμπαλιν. *By course, interchangeably, likewise.*

Vicissitas, atis, Accius, & vicissitudo, inis, f. ex vices. ἀμοιβὴ, ἐναλλαγὴ, ἐπαλλαξὶς. *Succeeding by course, an interchangeable course.*

† Vicissitudinārius, a, um, vicem alicujus gerens.

† Victi, pro victus. Plaut.

Victima, æ, f. g. ὁλοκαύτωμα, θυσία, ex vinco, quod sacrificatur victis hostibus, Fest. Ovid. victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur. Ælius Stilo ait esse vitulum ob ejus vigorem. al. quæ vincta ad altare adducatur, aut ob hostes victos immoletur, vel quia ictu percussa cadebat, Isid. *The beast killed in sacrifice for victory, an oblation, a sacrifice.*

† Victimalis, ad victimam pert.

Victimārius, ii, mas. gen. ἱερεύς, ἱερόσυλος. Plin. qui victimas ligabat, & cultrum, aquam & molam parabat & reliqua quæ sacris erant necessaria. *He that selleth beasts for sacrifice.*

† Victimo, as, antiq. θύω. *To sacrifice.*

Victito, as, Ter. σιτέομαι, τρέφομαι. *To live by eating.*

† Victo, as, freq. *To live by labour.*

Victor, ōris, m. verb. ex vinco. νικητὴς, νικητὴρ. *A conquerour, a vanquisher, also of or belonging to a conquerour, he that hath his desire and wish.*

Victōria, æ, f. ex vinco, Var. ex eo qd superati vinciuntur. νίκη, νίκημα, κράτος. *Vanquishing, victory, the upper hand.*

Victorialis, le, νικητήριος. *Of or belonging to victory.*

Victōriātus, us, m. Plin. ex victoria, *A coyne having the image of victory upon it.*

Victoriola, æ, f. gen. quia ob victoriam laurea coronab. *Tongue-laueell.*

Victōriōsus, a, um. Catul. θριαμβικὸς, καλλίνικος. *That hath often conquered and gotten many victories.*

† Victōrius, adj. νικητήριος. *Belonging to victory.*

† Victoricus, C. Cop. vid. victricus.

Victrix, icis, f. ex victor. νικήτρια, ἐξ νικητικὴ *she that vanquisheth, she that hath her purpose.*

Victuālis, le, & victuarius, a, um: Apul. ex vivo. *Of or pertaining to feeding.*

† Victulus, li, m. *Schollers commons.*

Victūrus, a, um. part. ex vivo, βιώσων, & à vinco, νικήσων. *That may or shall live, or overcome.*

Victus, a, um: p. ex vincor. ἡττημένος, νικηθεὶς. *Vanquished, beaten, convinced, let of his purpose, that misseth his wish.*

Victus, us, m. & victi & victuis: Plaut. ex vivo, τροφὴ, βίος, σιτία. *Sustenance, feeding, provision, victuals, also life, living.*

Viculus, li, m. *A little streete or village.*

Vicus, ci, m. κώμη, δῆμη, Gl. ἄμφοδος, quod ex utraque parte viæ sint ædificia, vel dicitur qd per vices, i. ordines ædificia collocantur, vel quod sit vice civitatis, vel quod vias habet tantum sine muris. *A Street, a Village.*

Videlicet, adv. (videre licet.) δηλαδὴ, δηλονότι, ἤγουν. *As who saith, that is, to wit, surely.*

Video, es, di, sum, ere, endus: βλέπω, ὄψομαι, θεάομαι, εἶδω. (ex εἴδω, נבט *nabat* per aphæresin. vel ex יָדַע *adang* cognovit. provideo præsentio sentio vigilo, prævideo, prænosco, caveo, appareo, ad videndum aliquem venire. *To see, to perceive, to understand, to advise or regard, to provide, to devise or finde some meanes.*

Vidĕor, eris, pass. *To bee seene, to seeme, to esteeme, to thinke.*

Videtur, visum est, bitur: imp. δοκεῖ, φαίνεται. ἔοικε. *It appeareth, it seemeth, my opinion is, I thought it my part.*

Vidua, æ, f χήρα, ex ve particula, vel vir, & iduare, quod olim Hetrusci dividere significabat, quasi à viro divisa: alii ex ve privatione & duo, quasi sine duitate, vel ex *idua* priyata: sua, vidua quasi viridua, i. à viro idua & divisa est, vel v. dua, i. e. viro diu consuera. M. S. *A widdow.*

Viduatus, a, um: p. χηρωθεὶς. *Deprived, destitute, bereft.*

Viduatus, m. gen. Test. vide viduitas.

† Vidubium, πρόβλημα, χρῆμα: Gl.

Gl. Ph. i. pœna seu afflictio viduitatis seu cœlibatus.

Viduertas, atis, fœmin. id est, calamitas, dict. quod viduet bonis Fest.

Viduitas, atis, fœm. gen. χηρεία, χηροσύνη. *Widdowhood, also lacke of things.*

Vĭdŭlum, li, n. & vidulus, li, m. Plaut. M. ducit ex eo qua in viam detur aut quod sæpe lustretur & videatur, πηρουλακτήριον. *A bag, a budget.*

Vĭduo, as, Col. (ex iduo, Etrus. v. vidua, χηρόω, χηρεύω. *To divide or take away, to leave alone, to deprive, to leese.*

† Viduvium, quæ duos maritos amisit, quasi vidua bis, vide vidubium.

Vĭduus, a, um: Hor. vide vidua; χήρος, ἔρημος, μονωθείς. *Deprived, bereft, destitute, not married, passed in widdowhood, desolate.*

Viduus, m. gen. Bud. ὁ χήρος. *A Widdower.*

† Viecula, æ. *A short space of time.*

Vĭeo, es, ēvi, ētum, ēre, Varro. (ex vi & eo, id est ago vi,) λυγίζω. *To binde with twygges as cowpers doe vessels.*

Victor, m. (qui viet dolia,) καλοποιός, λυγιστής. *A cooper, a binder.*

† Vietus, m. Coop. *An hoope or streake of a cart.*

Vĭētus, a, um: Var. χαλαρός, μεμαραμμένος, sine vi, naturalibus viribus privatus. Fest. ex vi. vel vet. part. quæ debilitat vires, vietus ex vietu sup. *That hath loste his naturall strength, faint, pliable, weake, feeble, wrinkled or withered.*

† Vigenarius, a, um. *Thrifty.*

Vigēni, æ, a, adj. *Twenty.*

Vigeo, es, ui, ere, eas, & vigesco, is, ĕre, ex vi agendo, Fest. ἀκμάζω, θάλλω, εὐσθενέω. *To be strong lively or quicke, to be of power, to flourish, to be esteemed, to continue, to be much used and set by, to live, to beare a sway.*

Vigēsima, æ, Plin. εἰκοστή. *The twentieth part, a kinde of tribute or pension:* v. vicesima.

Vigesimarius, a, um: ex vigesima, æ, ad vigesimam vel vicesimam pertinens, vigesimarium aurum quod ex vigesimis colligitur. εἰκοστός. *The twentieth.*

Vigesimatio, ut decimativo centesimatio erant militares pœnæ eum vigesimus decimus aut centesimus, quisque ad supplicium legebatur. *A punishing or putting to death of the twentieth by lot.*

Vigēsimus, a, um: bis decimus vide vicesimus, εἰκοστός. *The twentieth.*

† Vigesimalis, le, idem.

† Vigessis. co. Mart. ex viginti & assis. *The weight of twenty pounds.*

†Vigesies, adv. εἰκοσάκις. *Twenty times.*

Vigil, ĭlis, adj. est omnis generis, ablat. faciens vigili vel vigile. quamvis in plurali num. neutrum genus non habet. à vigeo, quòd, vigilans in suo vigore est, Perot. Var. à video, Scal. vigil. ἀγρυπνός unde ἀγαλιάω, a in i, ut χάω, hio: al. vigil quasi visu agilis: idem est quòd vigilans, i. qui non est torpens quales sunt dormientes, sed qui in suo vigore est. ἀγρυπνός, ἐγρήγορος. *Watchfull, waking, diligent, that never goeth out.*

Vĭgil, subst. v. vigil adj. nocturnus custos, excubitor, φρουρός. *A watchman, one of the Princes guard.*

† Vigilamen, inis: n. *Watchfulnesse.*

Vigilans, tis, p. à vigilo.

Vigilandus, a, um: ἀγρυπνητός: Tibul. *Due to be watched for, or carefull for.*

Vigilandum, aliq. accipitur pro eo quod est vigilanter providendum, vel summo studio vigilantiaque conficiendum.

Vigĭlanter, & vigilantiùs adv. ἐπιμελῶς, σπουδαίως, ἀγρυπνικῶς. *Watchfully, diligently, warily, circumspectly.*

Vigilantia, æ, fœ. ge. ἀγρυπνία, ἐγρήγορσις, ἐπιμέλεια. *Diligence, watchfulnesse.*

Vigilarium, locus & specula in qua vigiles, leg. & vigiliarium, al. aliter, v. Senec. Epist. 57. *A watch tower or place to watch.*

† Vigilatio, fœmin. Plaut. *Waking.*

† Vigilatur, imp. Mar. *Men wake.*

Vigilarius, ii, m. Senec. Epist. 5. 8. v. vigil.

Vigilax, acis, adj. sagaciter multúmq; vigilans, Col. ἀγρυπνητικός. *Watchfull, wary, vigilant.*

Vĭgĭlia, æ, f. & vigilix, arum: insomnia, excubiæ nocturnæ, item ipsi custodes qui vigilant, item nocturna sacra: ἀγρυπνίς, φυλακή, παννυχισμός, φρουρά. *A watching, abstaining from sleepe, a watch by night, also the even before any solemne feast, vigils, feast eeves: also watchmen,* vigilia *also was the fourth part of the night, as* prima vigilia, *the first watch, &c. for the night was divided into foure parts, because when some watchmen had watched their parts the second watch, and so to the third and fourth, the night being alwayes divided into foure parts:* vide Cæs. 1. bell. nomina harum noctis partium sunt. conticinium, intempestum, Gallicinium, antelucanum, i. *Bed time, the dead part of the night, the cocke crowing, the dawning of the day.*

Vigilarius, ii, masc. *A watchman.*

Vigilium, n. Var. v. vigilia.

Vĭgĭlo, as, & part. ans, atus, andus: ἀγρυπνέω, χημρεύω. *To watch and take care, to be very diligent and take paine.*

Vigilor, aris, pass. Ovid.

Viginti, adj. plur. num. indecl. εἴκοσι, dict. qu. sint decem bis geniti, v. prob. Canin. ex εἴκοσι dor. ἴκατι, M. ex ϝείκατι Lacon. εἶκοσι. *Twenty.*

Vigintivĭrārus, us, m. (viginti virorum officium.) *The office of twenty men of like authority.*

Vigintiviri, orum, viri vigenti εἰκοσιάνδρωνοι. *Officers in Rome, where twenty were of like authority.*

Vigor, oris, m. Plin. (ex vigeo. ἀκμή, ῥώμη μένος, εὐτονία. *Strength lustilnesse, courage, livelinesse.*

Vigoratus, vigore præditus: ῥωμαλέος. *Full of vigour, having vigour.*

† Vigorosè, adv. & vigorosus, a, um:

Vigorositas atis, *Strength.*

† Vigorosus, a, um: *Full of vigor.*

Vileo, es, vilesco, is, ἐυτελίζομαι ἐκφαυλίζω. *To become vile.*

† Vilĕfio: φαυλίζομαι. *To be base esteemed.*

†. Vilifacio, is. *To esteeme cheape.*

Vilifico, vilipendo idem.

Vilis, le, vilior, ius, & issimus, a, um: εὐτελής, φαῦλος, εὐωνος, ἄτιμος. à villa, qd. in villis minori pretio venduntur res quam in urbe: Per. vel ex φαῦλος, ex levis per Metathesin. Av. ex זול. *Good cheape, of no account, base, small.*

Vilitas, atis, fœmin. φαυλότης, εὐωνία εὐτέλεια. *Cheapenesse, businesse.*

†. Vilitèr, ius, & issime, adverb. εὐώνως. *Vilely.*

† Vilito, as, ex Non. Turneb. φαυλίζω. *To make cheape or of little esteeme.*

Vilius, issime, adv. Plin. *Base, dogcheape.*

Villa, æ, f. ἔπαυλις, οἴκιον, χωρίον, dict. ex vehendo, quasi vehilla, qui in eam à villico fructus convehantur, & evehantur, quum væneunt: Isid. à vallo, i. aggere terræ, quòd pro limite constitui solet. alii à via. possit etiam & vilis, comparatè ad urbanam splendida appellari, ut casa. *A village, a farmehouse.*

† Villanus,

† Villanus, masc. qui in villa habitat.

† Villanus, a, um: ad villam pert.

Villāris, re, Pli. & villaticus, a, um: χωρικος, ἐπαυλικὸς. *Of or belonging to a farme in the country, or to a country house.*

Villaticus, a, um, quod ad villam pertinet. *Pertaining to a village, to a farme, mannour place, or summer-dwelling.*

† Villica, æ, f. ἡ ἀγροῦ νόμος. *A husband mans wife, a woman that keepeth a house in the country.* vilica. Feud.

† Villicātio, ōnis, f. Col. ἀγροῦ νομία. *The rule of husbandry under the maister of a mannour.*

Villico, ās, & villicor, āris, dep. ex villa. ἀγροῦ αὐλέω. *To be occupied about husbandry, to goe and abide in the country.*

† Villico, ōnis, m. & villicus, ci, m. villæ gubernator, item qui habet dispensationem universæ domus, dispensator universarum possessionum & villarum; vid. Isid. 9. 4. ἀγρονόμος, ἐπίτροπος, οἰκέτης παύλης, ὑπηρέτης. *An officer that belongeth to a mannour, a bailife, he that keepeth a farme, a steward,* vilicus, Feud.

† Villicosus, a, um. adj. *Full of baliffe wickes.*

Villōsus, a, um: πολύθριξ, πεζωτὸς. *Hayrie, full of haires, having an high nappe, also made of freize.*

Villula, æ, f. g. ἐπαύλιον. *A little farme or mannour place.*

Villum, li, n. dim. à vinum. Ter. οἰνάριον, οἰνίσκος. *Small or weake wine.*

Villus, li, m. quasi vellus, vel ex pilus, forte ex μάλλος. M. ex εἴλω, quod & εἰλῶ convolvo, vel à vellus qd. de lana primo dicatur, Pap. à velando, λάχνη, θρίξ. *An haire: also wooll, the haire or nap of the cloth.*

Vimen, ĭnis, n Col. λύγος, ῥῖπος, ὄισυα, ex vieo, vel vincio, quasi vincimen. *A rod, a twigge.*

Vimĭnalia, ium: n. Plin. *a generall name for all trees and shrubs that bring forth twigs apt to wind.*

Vimĭnalis, le, Pli. λυγιστικὸς, ἰμαντώδης. *Apt to bind or wind, belonging to twiges.*

† Vimenetum, n. *The place where twigs doe grow.*

Vimĭneus, a, um: id qd. viminalis.

Vinācea, orum: n. vinacea, æ, f. & vinaceus, ci, m. ex vino, τὰ γίγαρτα, στέμφυλα. *The kernels or seedes that are in grapes: also the mother of the wine.*

Vināceus, a, um: Col. ex vino: ὁ γίγαρτος. *Of or belonging to kernels of grapes.*

† Vinaceus, m. *A grape stone.*

† Vinacium, & vinārium, & vinaceum. *Wine of the second pressing.*

† Vinago, f. *A kind of stockdove.* vid. Oenas.

† Vinale, is, n. *A vintage.*

Vinalia, orum: & ium: πόσις. *Feasts belonging to tasting of wine.*

Vinālis, le: οἰνηρὸς. *Vsed at the wine.*

† Vinaria, æ, f. *A Wine-seller.*

Vinārius, li, m. Plin. οἰνοπώλης. *A vintner, a taverner: also* οἰνοπότης *a great drinker of wine.*

Vinārius, a, um: οἰνηρὸς. *Of or belonging to wine.*

Vinatōrius, a, um; Col. *Belonging to the dresser of a vineyard.*

† Vinca, herba topiaria, humi repens, obvia quœque sarmentis vinciens, unde nomen, al. vincapervinca dict. κνημαπὶς, διαφοιδὴς. *Periwinkle.*

† Vincesimus, pro vicesimus, Fend.

Vincĭbĭlis, le. νικητὸς, εὐχείρωτος. *Easie to be overcome, easie to be manured or laboured; also that may easily overcome.*

† Vincimen, inis, n: vimen. Jun. *A twigge.*

† Vinculnulus, m. *A staffe or tach.*

Vincio, is, xi, ctum; īre; (ex vieo, Perot. à vi, quasi vim injicio.) δέω, πεδάω, δεσμεύω, λυγίζω. *To tye, to wrap, to bind, also to hoope, to make sure and fortifie, to drowne and dull.*

Vinco, is, ici, ctum, ĕre: (ex νικάω, Perot. à vi, quasi vim facio, vel cio, al. à vincio.) νικάω, κρατέω, ἡττῶ. *To overcome, to get victory: also to exceede, to excell, to convince with reason, to expresse, to digest or concoct, to prevaile or take place, to teach.*

Vinctūra, æ, f. Pli. δέσις, λυγισμὸς. *a binding, a tying.*

Vinctus, a, um: part. δεθεὶς, δεσμευθεὶς. *Bound straitly girded: also a prisoner, constrained, promised and assured.*

Vinctus, us, m. verb. Var. δεσμὸς. δέσις. *a girth, a binding.*

† Vinculor, aris, id est ligare.

Vinculum, & poëtice vinclum, li, n. ex vincio, δεσμὸς, πέδη, τὸ ἅμμα. *a bond, any thing that tyeth, imprisonment, a garland, an obligation or bond.*

† Vincula Tyrrhena. Virg. *Shooes, or strings that were over the toppes of the feete for shooes of old had no leather but on the soles.*

Vindēmia, æ, f. Virg. (quasi vindemia, à vino vel vite demenda.) τρυγητὸς. *The gathering of grapes to make wine: also gathering of fruites or corne.*

Vindemialis, le, idem quod vindemiatorius. Macr.

Vindēmiātor, oris, m. τρυγητὴρ, τρυγητὴς. & per Syncopen vindemitor, Hor. Col. *A vintager or he that gathereth grapes to make wine: also a certaine starre.*

Vindēmiātorius, a, um: Var. τρυγητικὸς. *Of or belonging to the gathering of grapes.*

Vindēmio, as, Plin. τρυγάω. *To gather grapes or ripe fruites in harvest.*

Vindemiola, fœmin. gen. dim. à vindemia. *A little harvest of grapes.* metaphoricè, *small fruites or profits.*

† Vindemitor, v. vindemiator.

Vindex, icis, com. gen. (quasi vim dicens, vel à vindico, ut judex ex judico, qui vindicat, ultor injuriæ: accipitur & pro assertore vel defensore:) ἐκδικος, τιμωρὸς, ἀμύντωρ. *A revenger of wronges, a redresser of things, a defender, he that setteth at liberty or out of danger, a punisher, a proctor or an Attorney, one that delivereth himselfe out of bondage, a keeper of possession,* assertor.

Vindicātio, ōnis, f. verb. τιμωρία, ἐκδίκησις. *A taking of punishment, a delivering out of danger.*

Vindicare sive vindicatum esse, in facta, in voces petulantiores in homines male consulentes & sceleratos, pro sumptum supplicium est de factis, &c. Gel. 4. 5. item liberare defendere, compensare, tribuere.

Vindiciæ, arum, fœmin. gen. ex vindex, vel vindicando: ἐλευθερώσεως. *The assertion of libertie or freedome, sentence by provision, deliverying,* Gl. ἐκδίκιαι. Vindiciæ appell. res ea de quibus controversia est, qd potius dicitur jus, quia fit inter eos qui contendunt, al. leg. vel cui potius dicatur vel detur jure, Serv. Sulpit. vindiciam esse ait quæ de re controversia est ab eo quod vindicatur: est n. actio vindicis, passio ejus quod vindicatur, res controversia: vindicias secundum liberatem dare. *To grant that one may be at liberty, to bring in suretees or proofes, that he is not bound.* vindicias postulare secundum libertatem. *To require to be delivered out of the hands of his adversary that he may bring proofes of his freedome.* vindiciis ac sacramentis petere. *To put his answere and require a time to put in his proofes that he is not bound.* lis vindiciarum, *a suite for a thing in controversie.* v. Coop.

Vindico,

Vindico, as, quasi vim dico, ἐκδίκω, πωρέω. *To revenge or punish, to defend, ἀμύνω, or deliver from danger and wrong, to maintaine, to set at libertie.*

Vindicta æ, f. ex vindico: ultio, vel animadversio, ἐκδίκησις, τιμωρία, aliq. pro pœna. aliq. signif. modum servos manumittendi quæ fiebat vindicta, hoc est virgula capiti servi impositâ, item vindicta, id est plena libertas cum jure suffragii dicta à vindice servo. *Vengeance, punishment, also a rod which was layd on the head of a servant when he was made free; the manner of making free, full liberty with right of giving voyces.*

Vinea, æ, f. ἄμπελών, ἄμπελος. vineæ dict. quòd vini feraces sint. unde & militares machinationes quædam à similitudine appellantur, vinea locus aut septum in quo vites plantantur, à vite, vel vino. *A vine or vineyard: also a warlike engine.*

Vinealis, le, & vinearius, a, um: Col. ἀμπελικός, ἀμπελικός. *Of or belonging unto vines.*

Vineaticus, a, um: Var. idem.

† Vinellum, neut. gen. à vinum.

Vinĕolus, & la, fœm. gen. dim. ex vinea.

Vinētum, ti, n. ex vinea. ἀμπελών, οἰνόφυτον. *A vineyard.*

† Vineus, a, um, adj. *Pertaining to wine.*

† Vingum. *A kinde of hearbe wherewith the Ægyptians used to crowne their altars.* Theophr.

† Vinibuæ, dictæ mulieres ebriosæ, ex bu voce infantium quando potum peterent, & vinum.

Vinipotor, ōris, masc. gen. Plin. οἰνοπότης. *A drinker of wine, a drunkard.*

Vinitor, ōris, masc. gen. ἀμπελουργός. *That dresseth and keepeth a vineyard, a vintner, a gatherer of grapes.*

Vinitōrius, a, um: Col. ἀμπελουργικός. *Of or belonging to the keeping of a vineyard or vines.*

† Vinnolatus, a, um: Isid. 2. 19. vinnolata vox, à vinno i. e. molliter flexo, vox levis, mollis & flexibilis, vide vinulus. *That may bee bowed.*

Vinnus, m. *A bush of haire gentle curled.*

Vinulus vel vinnulus. *Wantonly behaved, tipsie, apish,* Plaut.

† Vinoferus, i. οἰνοφόρος. vinum ferens.

Vinŏlentia, æ, fœmin. gen. μέθη, παροινία, οἰνοφλυγία. *Drunkennesse.*

Vinŏlentus, a, um: i. lentus vino vel quasi olens vinum: πάροινος, οἰνοφλυξ, φίλοινος. *Given to drinking of much wine.*

† Vinolus, v. vinulus.

Vinōsus, a, um: & vinosissimus, superl. idem quod vinolentus.

† Vinula, bestiola pusilla ob'ongula, pulicis colore, gurgulioni similis: Scal. exerc. 196. ex vino.

Vinŭlus, & vinnulus, a, um: Pla. Perot. quasi vim faciens, vel ex vino per diminutionem, Fest. dicitur molliter se gerens, & minimè quid utile faciens. al. à venus, vinnulum vel vinulum, Dousa à vinuo, i. continuo, molliter flexo, alii vinulam orationem volunt, quia vinum redolet, ideoque amatoriam. οἰνωδέστερος. *delicate, wanton, somewhat drunke with wine, bibbing, fine.*

Vinulatus, a, um, vinulo assimilis vinulata vox est levis, mollis, flexibilis; vinulata dicta, à vinno, h. e. cincinno molliter flexo. Isid.

Vīnum, ni, n. g. Virg. οἶνος, ex (ϝοῖνος, ut ex ὄϊς via ὄϊνος ex ϝϝιν. Var. à vi ducit, vel à vite quasi vitinum) *Wine: also drunkennesse, any kinde of drinke.*

† Vio, as, ὁδεύω. *To goe a journey,* viam tero.

† Viocurius, qu. viam currens. Varr.

Viocūrus, ri, m. Var. qui vias curat: alii dicunt idem esse quod currus. *He that looketh to the repairing of high wayes.*

Viŏla, æ, f. τὸ ἴον. Perot. viola qu. minimè violata, vel quasi non violanda, vel à vi olendi, aliqui per diminutionem, à græco ἴον, violam dictam putant, quidam quòd juxta vias nasci amat, ubi homines solent ire, ita & ἴον, ab ἴασις vel à vi, τῷ ἰᾶσθαι, sanandi. Eustat. quòd non nascatur ἴον, id est solum. *A violet.*

Viŏlābilis, le, qui aptus est ut violetur. βιαστός, βιαστὸς. *That may be broken.*

Viŏlāceus, a, um: Pli. ἰοειδής. *Of a violet colour.*

† Violamen, n. *A blemish or spot.*

† Violandus, a, um. *To be violated.*

† Violaria, æ, Offic. *A violet.*

† Violaris, re, ἰάνθινος. *Of a violet.*

Violarium, ii, n. Virg. ἰονιά. *A banke or bed of violets.*

Viŏlārius, ii, m. ἰοβάπτης. *He that dyeth violet colour.*

Violatim, adv. Liv. *With taking bribes in dishoneſt matters.*

Violatio, ōnis, f. verb. Liv. βιασμός, ὕβρισμα. *A breaking, a defiling, a wronging or abusing.*

Viŏlator, ōris, m. ge. verb. Liv. βιαστής, παραβάτης, διαφθορεύς. *a corrupter, abuser or distainer.*

Violatus, a, um: Liv. βιασθείς, ὑβρισμένος. *Deflowred, broken, constrained.*

Violatus, us, masc. gen. Mart. *An abuse.*

Viŏlens, tis, omn. gen. & violentior, ius, βίαιος. Ovid. *Violent, forcible.*

Violentè, & violentissimè, adj. βιαίως, βία. *Fiercely, unpatiently, most violently.*

Viŏlentia, æ, f. βία. *Force, or violent rage, a vehemency.*

Violentus, a, um: ex violo, βιαῖος, βιαστικός. *Forcible, vehement, injurious, cruell.*

Viŏlo, ās, & p. ans: ex vi, quasi vim ingero, Perot βιάζομαι, παραχρομαι, διαφθείρω. *To destroy, corrupt, deflower or distaine, to transgresse, misuse, to hurt, to doe against, to cut downe.*

† Vipa, æ, Eras. *A wine sop.*

Vipĕra, æ, epic. g. (quòd vi pariat, cum matris interitu: nam vipera qu. vivipera, vel à vipre i.e. vepre qd in vepretis stabulari gaudet Mart. ἔχις, ἔχιδνα. *A kinde of adder, a viper.*

Viperalis, Apul. quòd valeat contra viperarum morsus. *Rue, hee begrace.*

Viperina, æ, f. gen. quòd ad morsus viperarum remedium, vel semen ferat viperinis capitibus simile. Jun. ἔχιον. *Wilde burrage.*

† Viperosus, a, um. *Viperous, cruell.*

Vipĕreus, Virg. & viperinus, a, um, ἐχιδναῖος. *Of or belonging to adders.*

Vipio, ōnis, m Pli. ex voce quam edunt. γερύτιον. *A young crane.*

† Vipres, antiq. pro vepres. Scal.

† Vepretum. & vipreta. idem qd vepretum, v. Scal. ad Var.

Vir, īri, m. ἀνήρ, ἥρως. ex vi, quòd viribus præstat, al. ex virtute, vel ex גבר geber per aphæresin, al. à vireo. *A man, a stout fellow, a husband, the male of beasts, the genitor of man or beasts.* vir 4 modis intelligitur, 1. sexu quo nascitur, ut masculus sit 2 lege qua maritus, 3. ætate quæ differt à puero, 4 animo ut fortissimum dicimus virum.

Vira, æ, Fest. *A woman.*

Virāgo. ĭnis, f. Plaut. quòd ut vir agat. ἀνδρεία. *A woman of a stout and manly courage.*

Viracia, Var. idem.

† Virārius, a, um. & viratus, adj. qui est magnarum virium.

Virbius, bis vir, seu qui binas hab. uxores, vel qui bis fecit facta viro digna, vel qui resuscitatus

est,

est, ut Lazarus, & Hippolytus. Serv. vel virbus & vir & ϑ. vita, quasi vir denuo vitalis.

Virectum, ti, n. Virg. (ex vireo.) χλωρὰ. *A greene place.*

Vireo, es, ŭi. & ens. χλωραίνομαι, βυαλίω, (à ver, vel à viro, vel ex vi, id est, majorum virium fio, vel ex vi, & ῥέω fluo. Var. à ver. M. à pharah, פָּרַח.) *To be greene, to flourish, to be lusty or strong.*

Vireo, onis, m. g. Plin. (ex virendo, vel viridi colore. χλωρίων. *A canarie bird of a greene colour.*

Vires, v. vis.

Viresco, is, Plin. βυαλίω χλωρίζω, θάλλω. *To waxe greene, to begin to flourish,* viresco prima longa viribus à videor.

Viretum, locus virentium, loca herbis & virgis viridissimis plena, Virg. amœna vireta. ἀλωὰ. *A place full of greene hearbes.*

Virga, æ, femin. gen. ῥάβδος, ῥαμὶς. Perot. quod vim gerat, Isid. à virtute, quòd vim in se magnam habet, vel quòd vi regat, vel vim regat, Sipon. quòd vim gerat, vel à viriditate) *A rod, a twig, a young branch or whip, or scourge, a mans yard.*

† Virgarius, lictor, ῥαβδοῦχος, ῥαβδοφόρος. Gloss. qui fasces virgarum fert.

Virgata, æ. *The fourth part of a hyde of land about 40, acres.*

Virgātor, ōris, masc. gen. Plin. ῥαβδιστὴς, ῥαβδίζων. *He that beateth with rods.*

Virgātus, a, um. Virg. ῥαβδωτὸς. *Made of twigs or whips.*

Virgētum, ti, n. ex virga. ῥαβδὼν. *A place where twigs be to binde vines.*

Virgeus, a, um. Virg. ῥάβδινος. *Of or belonging to rods.*

Virgidemia, v. virgindemia.

Virgifer, a, um. Liv. ῥαβδοφόρος. ῥαβδέχος. *He that beareth a silver wand or rod before an officer, or preacher.*

Virginal, alis, virginale, is, n. virginis natura, verenda ut feminal fœminæ. Prud.

Virginale instrumentum musicum quod virginibus frequens. *Virginals to play on.*

† Virginālis, le. παρθενικὸς, *Virginlike, of or belonging to a maid or virgene.*

Virginarius, & virginius, a, um: Plaut. Idem.

Virginalitas, παρθενία. *Maydenlinesse.*

Virginaliter, adv. *Virginelike.*

Virgindemia, æ, f. g. Plaut. ῥαβδολογία, cum virgę demuntur. Non. virgindemiam vindemiam, h. e. virgarum apparatum vel demptionem, vel decerptionem ob verbera Var. *A gathering of twigges.*

Virgineus, a, um: quod est virginis, quod virginem decet, παρθένιος. *Virginelike:* Ovid. virgil.

Virgĭnĭtas, atis, f. παρθενία, κορεία. *Chastity, maidenhead.*

† Virgino, as, antiq. *To bee chaste.*

Virgĭnor, āris, παρθενεύω. *To play the virgine, to be a virgine.* vide virgino, Tert.

Virgobretus, nomen magistratus. M. ex Gloss.

Virgo, inis, c. g. fœmina à viro intracta. 2 vir à fœmina purus. 3 castus homo, 4 quæ fuit virgo. 5 quæ videtur virgo. 6 res impolluta dict. quòd à virore ætatis vel à viriditate, vel ab incorruptione, quasi virago, quòd fœmineam passionem ignorat. παρθένος. *A virgine, a maid or damesell, also a married woman, one of the 12 signes. incorrupt.*

Virgosus, a, um. *Full of rods.*

Virgula, æ, f. dim. ex virga. ῥάβδιον. *A little rod or yeard.*

Virgulatus, a, um: ῥαβδωτὸς. *Made with railes or strakes like rods.*

Virguletus, ad virgulta pert.

Virgultum, ti, n. ex virga. Perot. Var. à viridi, id. is à vi quadam humoris, quæ fr exaruit, moritur, Isid. virgultum dict. quòd ex virga tollitur. ῥύγχανον. *A company of young tender sprigges growing together out of the ground: also a sprout or young iuste or twigge.*

Virguncula, f. dim. ex virgo. *A little virgine.*

Viria, æ, sive viriola, æ, fœm. ornamentum colli è gemmis viridibus. *An ornament of the necke made of greene pearle.*

Viria, viriola brachialis. M. ex Gl. *A bracelet or like ornament worne about the arme.*

Viriatus, a, um: Lucil. ex vi. δυναμωθεὶς, δυσθεὴς. *That hath taken force, mighty, strong.*

Viriculæ, arum, fœmin. g. Apul. ἰσχύδια. *A little or small strength, force, small substance, weakenesse:* ex vi. dim.

Viriculum, n. g. missilis genus bello Persico inventum. Onom. forte ex viribus quod vi emittitur vel vim facit.

Vĭridans, antis, adj. χλωρίζων. *That u greene.*

Vĭridarium, ii, n. gen. Suet. ex vireo. ἀλωὰ, *A greene gardin or other place.*

Viridarius, a, um: Ulp. κηπουρικὸς. *Belonging to a garden or greene place,* viridarii. appel. servi viridariorum curæ præpositi: οἱ κηπουροὶ. *A gardiner.*

Vĭride, & vĭridius, adv. Plin. χλωρῶς, *Greenely.*

Viridia, æ, f. Macr. *A place set with greene trees for pleasure:* vide viriditas.

Viridia, orum: viriditas Macrob.

Vĭridĭcatus, a, um: χλωρὸς ἀμφαλὴς. *Made greene or fresh.*

Vĭridĭco, as, vireo, ut albico, nigrico, v. vireo.

Vĭridis, de, adj. & issimus, a, um: Car ex viruo, quidam ex vigore. χλωρὸς, βύαλος, ἐγχλωρόωρος, *Greene, lustie, fresh, strong, lively, grassie.*

Vĭriditas, atis, f. g. χλωρότης, ἐγχλωρίωσις. *A greeneneſſe, lustinesse strength, manlinesse.*

† Viridium, locus viriditate plenus.

Vĭrĭdo, ās, χλωρίζω. *To make greene.*

Virile, is, n. Plin. per quod vir est. τὸ αἰδοῖον. *The privie member,* vid. verenda.

Virilia virium tantum. Plur. verenda seu pudenda viri.

Virilia armillæ propriè virorum, Isid. 19. 31. vid. Armilla.

Vĭrĭlis, le, ex vir. ἀνδρικὸς, ἀνδρώδης, ἀνδρεικὸς. *Of or belonging to or meat for many, stout, valiant, also grave, pithy, substantiall.*

Vĭrilitas, atis, f. Col. viri vis, ἀνδρεία, ἀνδρότης. *Manlinesse, the privie parts of a man.*

Vĭrĭliter, adv. ἀνδρεικῶς, γενναίως. *Valiantly, manly.*

† Virĭosus, viribus abundans. Gl. δυναμικὸς.

† Viripos, quæ viri potis est nubilis, viripotens. ἐπανδρος, ἔωανδρος.

Viripotens, tis, f. Plaut. viripos: *ripe for marriage, able to be witha man*

Viritanus, ager, Fest. qui viritim vel ut al. virenti populo distribuitur, Paul.

Vĭrĭtim, adv. κατ' ἄνδρας. *Man by man, also particularly.*

† Viro, as, κραταιόω. *To make strong.*

† Virope, quæ opus jam habeat viro. Isid.

Vĭror, oris, m. vide viriditas.

Vĭrōsus, a, um, Lucil. ex viro. φίλανδρος. *Desirous, or lusting after a man, full of manly force.*

Virōsus, a, um, a, virus. Virg. βεβρωμώδης, δυσώδης. *Full of poyson, venemous.*

† Virtuōsitas, f. παιδεία. *Vertuousseſſe.*

† Virtu-

† Virtuosus, a, um, ἀνδρεῖος. *Vertuous.*

Virtus, ūtis, f. à viro, vel vi, ut ἀρετὴ ex ἄρης Mars, nam fortitudo antiq. maxima virtus, vel ex ἀρέτης, erat virtus, Var. virtus, ut viri vis, à virilitate, ut græc. ἀνδρεία ab ἀνὴρ.) ἀρετὴ ἀνδρεία. *Vertue, strength, swiftnesse* ῥώμη, ἰσχύς, *puissance, manlinesse, power, helpe, perfection, austerity, also property, the goddesse of vertue.*

Virulenter, adv. *Spitefully, bitterly.*

Virŭlentus, a, um, Gel. ἰώδης. *Full of poyson, stinking.*

Virus, n. g. indecl. & virus masc. Lucret. Serv. virus, hoc virus, ò virus, tres habet hodie tantum casus (à viro, significat asperitatem odoris viri adulti. al. ex vi, al. ex vi. & ῥέω fluo, virus & bonum & malum est, sicut venenum; nam idem est, venit à Græco. ἰός, al. qu. vi acris) ἰός. *Poyson, venome, a vehement savour, an evill taste, bitternesse also sweete smel of spices, or perfumes, colour, or juyce, the seed, or nature of man, a womans monethly tearmes.*

Vis, vis, vim, vi, Plur. vires, ium, ibus, ab ἴς. ali. à βία ex Heb. אוֹת aish. Aven. & ἰσχύς, δύναμις, ῥώμη, βία, ἴσχυς. *Strength, power, vehemencie, vertue, force, operation, effect, violence, tempest, abundance, multitude.*

† Vis antiq. scriptum pro vix.

Viscarago, inis, f. vocatur eò quod viscum gignat. vid. Isid. 17. 9. *The chameleon which bringeth forth birdlime.*

† Viscarium, ii, n. *A birdlime por.*

Viscātus, a, um. Plin. ἰξώδης. *Dressed with birdlime.*

† Viscĕra, um, v. viscus.

Viscĕrātim, adv. Enn. κατὰ σπλάγχνα. *By the bowels, or entrals even to the very inwards, peece by peece.*

Viscĕrātio, ōnis, f. Liv. v. viscero. κρεωτομία, σπλαγχνοτομία. *A distributing of raw flesh, also the garbage that hunters give their dogges.*

Viscĕratus, a, um. *Bowelled.*

Viscĕro, as, & viscĕror, aris, Si-pont, viscero, discerpo, item viscera, i. carnes crudas erogo, κρεωτομέω. *To bowell, also to give a dole of raw flesh.*

Viscĭdus, & viscōsus, a, um, γλοιώδης, ἰξώδης. *Clammie, fast as glue.*

† Visco, as. *To make birdlime.*

Viscus, ĕris, n. g. & in pl. rari viscera, um, σπλάγχνον, ἔντερον. (pars corporis interna, exta, vitale, viscus, ut cor, pulmo, jecur, cer, caro cruda, Serv. viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est. viscus, dr. qu. vescus à vescendo quia homines visceribus vescuntur, tanquam cibis delicatis, vel quia visci instar tenacis & sequacis corpori adhæret & qu. agglutinatur, vel quòd in iis est vis vitæ.) *All the flesh that is betweene the skin and the bone, the bowels or intralles.*

Viscōsus, a, um, quod est tenax, glutinosum. *Tough like birdlime,* v. viscidus.

Viscus, ci, m. & viscum, sci, n. Can. ex ἰξύς (ἰξός, ἰξία unde viscus ex ἴσχω retineo, remoror, vel quòd in visceribus gignitur, vel ex viriditate, vel ab ἰσχὺς quia vis ei magna) ἰξός, γλοιός. *Birdlime, glew, also a shrub growing in orabtrees called mistletoe a nest.*

Viscendus, a, um: ὁπτασκετός. *Worthy to be seene, and to be marvailed at, wonderfull*

